

*dela Comp<sup>a</sup> de fefas de Granada*  
**ADRIANVS**

T T S C H R Y S O *R-7187*

GONI S. R. E. PRE-  
SBYTER, CAR-  
DINALIS,


<sup>D E</sup>  
**S E R M O N E L A-**

TINO, ET MODIS LA-  
TINE LOQVENDI.

EIVS DEM  
Venatio, ad Alscaniū Cardinalem.

I T E M  
Iter Iulij II. Pontificis Rom.

*oldi legno dela  
comp<sup>a</sup> de fefas de  
granada -*



VIRTVTE DVCE,  
APVD SEB. GRYPHIVM  
LVGDVN<sup>I</sup>,  
1548.



# ADRIANVS

CARDINALIS S A N C T I

Chrysogoni, Carolo Principi Hispaniarum Salutem.



ONSIDERANTI mihi in  
hoc meo secessu, Princeps maxi-  
me, genus Latine loquendi, quod  
circa magni Ciceronis tempora po-  
litum, nitidum, candidum, naturali  
quadam copia felicitateq; prouenit:  
nihil admirabilius uidetur, quam  
eos autores, viros illos quide omni bonarum literarum ar-  
tiumq; genere eruditos, uno propemodum modo, unaq;  
natiua, germanaq; lingua locutos esse: priorcs, posterosq;  
ita longe ab illo candore abesse, ut non idem Latinus ser-  
mo, sed aut omnino dissimilis, aliud ue, aut prorsus mutatus  
esse uideatur: ut iure dicat Quintil. Dicēdi mutauimus ge-  
nus. Et post pauca: Quid multis: totus prope mutatus est  
sermo. Festus uero Pompeius, Latine, inquit, loqui, à La-  
tio dictū est, quæ loquutio adeò est uersa, ut uix illa pars  
eius maneat innoxia. Cum autem mihi tantū nunc ocij sit  
quantum antea negotij esse solebat, et quod deo acceptū  
refero, ab omni reipub. cura uacem, quæ res maximè lite-  
ris deditum animum iam inde à pueru, uarijs officijs, aut  
potius laboribus, et ruminisq; disiunxerat, Latini sermonis  
non uulgares, aut circuforancos locos, sed intimo eorum,  
quos dixi, autorū sacrario abditos, et uictustate obrutos,  
eruere, et in lucem proferre curauit, tibiq; inscripsi quem  
naturæ uis, patrius autusq; splendor, et incuntis feruor  
adolescen

## 4 ADRIANVS CARDINALIS

adolescentiae, ut alijs animi corporisq; dotibus, ita literis quoq; ad spem summam culmenq; & fastigium maximum rerū excitat et adducit. Erat in animo prosequi cœptum tampridem opus, sacros ueteris instrumenti libros ex Hebreo ad uerbum in Latinum sermonē uertendi. Sed cum me procella temporis in Tridentinas rupes, quō Iudei ob Simonis cædem ne aspirare quidem audent, detruserit, atq; animus inquicis nihil agere non posset, hæc sum aggressus: quæ si grauitate aut magnitudine paria nō fuerint, utilitate quidem, ut arbitror, et splendore tuo non minora reddetur. Sed ratio et quedam operis similitudo exigere uisa est, ut commentariolum alium, quem de sermone Latino nuper edideram, ijs qua postea de modis Latine loquendi collegi, quasi cuiusdam præfatiuncula loco præponerem. Is autem erat huiusmodi:



V<sup>m</sup> Bononiæ uiri me aliquot eruditissimis officijs cauſa conuenissent, commentare muris, inter nos, ut sit inter literarum studiosos, de Latini sermonis elegantia, audiensq; eorum plerosq; Apuleij, Sidonij, Capelle, Fulgentij, non tam uerbis, quam fœtoribus scaturire, uerbisq; de industria promere diolorum etiam autorum, quæ aut absoleta nimis, aut noua, et omnino barbaria uiderentur, multaque ego libere (ut soleo) contra eorum sermonis insolentiam, non sine stomacho, protulisse, idq; eo animosius esse aggressus, quod uiderem non tam paucorum ipsorum, qui mecum ita essent congregati, quam ceterorum fore nostri temporis hominum unum atq; eundem esse errorē: foreq; bruci, ut relicta ueteri, ueraq; Latinitate, in alia omnino lingua, et quasi barbaricē comigremus. Ea omnia

## DE SERMONE LATINO.

omnia longiusculo tractata sermone, et altiore repetita principio, perpetuaq; oratione, idcirco colligere, ac literis mandare uolui: ut qui hæc legerint, malorum autorum imitatione omissa, perfectos illos Latini candoris parentes agnoscant, studeant, et emulentur. Sed iam quid cum illis egerimus, exponamus.

Quatuor propemodum post Romam conditam uidentur Latinorum doctorum fuisse tempora: Antiquissimum, Antiquum, Perfectum, Imperfectum.

Antiquissimum reperimus ab urbe condita peruenisse usque ad Liuium Andronicum: interuallumq; illud quatuordecim et quingentorum annorum fuisse, Marcus Tullius in Bruto cōmemorat. Et Horatius primum hunc scriptorum fuisse significat, cum dicit:

—Habet hos numeratq; poetas

Ad nostrum tempus Liiu scriptoris ab ævo.

In quo quidem temporis interuallo fuisse permultos doctos suspicari magis (ut inquit Cicero) quam intelligere possumus, cum nulla penitus eoru extent in literis monumenta: præter orationem Appij Cæci, et quasdam mortuorum laudationes, sicut in Originibus scriptum reliquit Cato.

Antiquum uero tempus id dicimus, quod ab ipso Liuio usq; ad ætatem Ciceronis interfuit: quod quidē uix centum annos, ut ex ipso Cicerone colligitur, excebat. In hoc autem temporis spatio, et si quam plurimi doctissimi uiri floruerunt, eos tamē horridioribus uerbis usos, et sine cultu et uerborum delectu locutos fuisse, Ciceronis sequens ætas notauit: ut uerū id esse appareat, quod dicitur, Nihil esse simul inuentum et perfectum. Repertores enim fuerant, et quasi architecti Latinitatis, ut præclare dicit Horatius:

—Cum lingua Catonis, et Enni

Sermonem patrium dictauerit, et noua rerum  
Nomina protulerit.

Nam Liuium anno ipso ante Ennium docuisse fabulam,  
et Catonem Ennij fuisse aequalis scribit Cicero in Bruto,  
qui Liuium inepte scriptissime testatur, dicens eum do-  
cuisse fabulam non satis dignam, quae iterum legeretur.  
Et de Ennio Ouidius de Tristib.

Ennius ingenio maximus, arte rudit.

Testificatur hoc ipsum Suetonius in libello de claris grā-  
maticis his uerbis: Grammatica Romæ ne in usu quidem  
olim, nedum in honore fuit, nullo liberalibus disciplinis  
uacante. Liuium quoque eius metacore extitit: siquidem  
antiquissimi doctorum, quidam et poëtae, et semigræci  
erant. Liuium et Ennium dico, quos utraq; lingua domi-  
forisq; docuisse adnotatum est. Catonis uero orationes, ut  
illis temporibus, ualde Cicero in Bruto laudat. Addit ta-  
men, significare illas formam quandam ingenij, sed admo-  
dum impolitam, et plane rudem. Et paulopost: Antiqui-  
or, inquit, est Catonis sermo, et quædam horridiora uer-  
ba: ita enim tunc loquebantur. Et eundem iam desitum legi  
testatur, cum ait: Catonē uero quis nostrū oratorū, qui  
quidem nunc sunt, legit? aut quis nouit omnino? Et subdit,  
non ignorare se nondum satis esse politū hunc, et quæren-  
dum esse aliquid perfectius. Quo tempore etiā fuit Corne-  
lius Cethagus, quē Cicero primū fuisse eloquentē affirmat  
Ennij testimonio, qui in Annalibus suis sic de eo scripsit:

Additur orator Cornelius suauiloquente

Ore Cethagus.

Paulò uero post fuerūt Neuius, Plautus, Cæcilius, Pacu-  
nius, Accius, C. Lelius, P. Scipio, Gracchi fratres, Scœno-  
la, L. Crassus, M. Antonius, Philippus, C. Cotta, et in-  
numeri

numeri alij, quos etas Ciceronis modò priscos, modò ue-  
teres, modò patres, interdum antiquos, aliquando superio-  
res appellat. Quos quidem ueteres, nimis antique, et ple-  
raq; dure loquitos notauit Horatius, cum dixit:

Si ueteres ita miratur, laudatq; poëtas,  
Ut nihil antefrat, nihil illis compareat, errat.

Si quædam nimis antique, si pleraq; dure  
Dicere credat eos, ignave multa fatetur,

Et sapit, et mecum facit, et Ioue iudicat a quo.

Cicero quoq; ueterū illum sermonem se quoq; improbare  
ostendit, cum in Bruto dicit: Illius autem etatis qui sermo  
fuerit, ex Neuians scriptis colligi potest. et subdit: Cæci-  
lium et Pacuum male locutus uidemus. Hinc Quintil.  
Accio, inquit, et Pacuum nitor, et summa in excollendis  
operibus manus, magis uideri potest temporibus quam ipsis  
defuisse. Idem etiam dixit Lucretium non facere phrasim,  
id est, corpus eloquentiae. Martialis etiam dc his ait:

Accius et quicquid Pacuumq; uomunt.

Et Cicero in Bruto: Carbonis et Gracchi habemus ora-  
tiones, nondum satis splendidas uerbis, sed acutas: et sub-  
dit: C. Gracchum de superioribus solūm lego, manus tamen  
extrema non accessit operibus eius, præclare inchoata  
multa, perfecta non plane. Et iterum: L. Cotta cum uerbis,  
tum etiam sono quasi subrustico persequebatur atq; imita-  
batur antiquitatē. Et in eodem: Curionis loci sane inanes,  
uerum etiam nondum tritis nostrorum hominum auribus,  
nec eruditæ ciuitate tolerabiles. Et Quintil. pueros mo-  
net, ne ueterum admiratores sint, dum sic præcipit: Ne  
quis pueros antiquitatis nimius admirator in Graccho-  
rum Catonijsq;, et aliorum similiū lectione durescere uel-  
lit: sicut enim horridi eticiunt. Tum autem quod quasi per

a 4 gradus

## ADRIANVS CARDINALIS

gradus eloquentia ad perfectionem ascenderit, testatur Cicero in eodem Bruto, cum dicit: Quae fuerit ascensio, et quam in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio, ex eo quod dicam, existimari potest. Et paulo post connumeratis aliquot oratoribus, qui seni iam Ennio successerant, subiungit: Iam enim erat quædam unctior et splendidior consuetudo loquendi. Et subdit: Sergius deinde Galba princeps ex Latinis, contulit orationi propriis ornamenta. Videre licet alios deinde gradus, cum idem Cicero subdit: L. Furius Pilus perbene loqui Latine putabatur, literatusque quam ceteri. L. Scæuola paulo etiam copiosior. Et addit: Erat etiam Philippus in primis, ut temporibus illis, Græcis literis institutus. Et in eodem Bruto, ad Gracchorum etatem laus eloquentiae perfecta nondum fuit. Eloquentiae autem ueluti gradus, ut dixi, factos esse docet idem Cicero in Tuscul. dicens: At contra, oratorem celeriter complexi sumus, nec cum prius eruditum, aptum tamen ad dicendum, post autem eruditum. Nam Galbam, Africanum, Lælium doctos fuisse memorie traditum est. Studiosum autem cum, qui ijs anteibat Catonem, post uero Lepidum, Catonem, Gracchos, deinde ita magnos nostram ad etatem, ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Et alibi: P. Scipio Latine loquendo omnes supererbat. Et iterum: Quinti Catuli non antiquo illo more, sed penè hoc nostro. Et Cicero in eodem Bruto notat etatem etati sue proxima nondum perfecte locutam, dicens: Inferioris autem etatis erat proximus L. Sisenius doctus uir, studijs optimis deditus, bene Latine loquens. Huius omnis facultas ex historia ipsius perspicere potest. Qui cum facile omnes uincat superiores, indicat tamen quantum absit a summo. nam usus est aliqui

## DE SERMONE LATINO.

aliquando ueteribus uerbis, et ab usu perfecto, et aribus eruditis remotis. Recte enim loqui putabat, esse, iniustitate loqui. De ijs gradibus Quintilianus ita meminit: Fuerunt quedam genera dicendi, conditione temporum horridiora, alioquin magnam uim ingenij pra se ferentia. Hinc sunt Lælij, Africani, Catones, Gracchi, medium illam formam tenent L. Crassus, Qu. Hortensius, tum deinde efflorescit non multum inter se distantium huiusmodi oratorum ingens prouentus. Sed Cornelius Tacitus de claris oratoribus, hanc distinctam ueterum imperfectionem notat ijs uerbis: Quod ad Ser. Galbam, et C. Lælium attinet, et si quos alios antiquorum agitare non desistis, non exigit defensionem, cum fatear quædam eloquentiae eorum, ut nascenti adhuc, nec satis adulæ defuisse. Sed hanc nimiam uetus statem Cicero omnino explodendam in Bruto monet. Sed nimia, inquit, uetus nec habet eam, quam querimus, summitatem, nec est sane tolerabilis.

Hactenus de tempore antiquo, deinceps de perfecto dicemus. Cæsar, ut idem Cicero refert, rationem adhibens, consuetudinem prisci sermonis uitiosam et corruptam, pura et incorrupta consuetudine emendabat, splendidam quandam, minimeque ueteratoriam rationem dicendi tenens, scriptisque ad Ciceronem de ratione Latine loquendi, ac primo in libro dixit: Verborum delectum originem esse eloquentiae, eiusque copia principem, inuinctoremque, Ciceronem esse. Quod affirmare uidetur et ipse Cicero, dum in Bruto sic loquitur: Certe et nos boni aliquid attulimus iuuentuti, magnificentius quam fuerit illud genus dicendi, et ornatus. et nocuimus fortasse, quod ueteres orationes post nostras, non a me quidem, meis enim

illas antepono, sed à plerisque legi sunt defitae. Et subdit,  
Cum autem ex Sicilia me receperissem, iam uidebatur in me  
quicquid effectus esse perfectum, et habere maturitatem quan-  
dam suam. Fuisse autem eandem perfectionem in plerisque  
Ciceronis aequalibus, testatur idem in eodem libro, ubi  
connumeratis pluribus sui temporis oratoribus, Nec  
ulla, inquit, estate uberior oratorum foetus fuit. Et in eo-  
dem: Triginta annis mihi Crassus aetate praestabat. Quod  
idcirco posui, ut dicendi prima maturitas, in qua aetate ex-  
titisset, posset notari, et intelligeretur iam ad summum pe-  
nè esse perductam, ut cō nihil ferme quisquam addere pos-  
sit. Et idem in Tusculanis, non solum perfectionem aetatis  
sue testatur, sed interitur am breui eloquentiam prædicti.  
Oratorum, inquit, laus ita ducta ab humili uenit ad sum-  
mum, ut iam quod natura fert in omnibus rebus, ferre sene-  
scat, breuique tempore ad nihil uentura videatur. De cu-  
ius aetatis perfectione, Cicero in quadam epistola ad At-  
ticum de Tullio filia loquens, Ergo, inquit, ijs temporis  
bus tam eruditis, quantum fieri poterit, illam consecrabo  
omni genere monumentorum. Et Horat.

Venimus ad summum fortunæ pingimus atque  
Psallimus, et luctamur Achiuis doctius unctis.  
Et Solinus de Augusto loquens, Quod tempus, inquit, fer-  
me solum repertum est, quo plurimum et arma cessarunt,  
et ingenia floruerunt. Et Plinius de Natur. hist. de M.  
Varrone loquens: In illa, inquit, ingeniorum quæ tunc fuit  
multitudine. Et Horatius ueterem aetatem carpens, et suam  
perfectam affirmans, de Lucilio sic scribit:

Si forct hoc nostrum fato delapsus in æuum,  
Detereret sibi multa: recidcret omne quod ultra  
Perfectum traheretur, et in uersu faciendo

Sepe

Sæpe caput scaberet, uiuos et rodcret ungues.

Et Quintilianus postquam ut potuit, defendit Lucilium  
a nota Horati, qui eum fluere lutulentum dixerat: perfe-  
ctionem eo Horatium fatetur, cum dicit: Multo est terrior  
ac purus magis Horatius. Hanc perfectionem idem Quintil-  
ianus Tibullo, dicens: Tersus atque elegans uidetur esse  
Tibullus, sunt qui Propertium malint. Et inde de Vergilio  
loquens: Ut illi naturæ ecclæsti atque immortali cesserimus,  
ita curæ et diligentiae et subdit: Cæteri longe sequentur.  
Et de Cicero: Nec uero quod in quoque optimum fuit,  
studio consecutus est tantum, sed uel plurimus, aut potius  
omnes, ex se ipso uirtutes extulit immortalis illa ingenij  
et beatissima ueritas. et subdit: Ut non hominis nomen,  
sed eloquentiae uideatur. Et de Cæsare, quod perfecte lo-  
queretur, Cicero in Bruto: Cæsar Latine loquebatur cle-  
gantissime, nec id solum domestica consuetudine, tamen ut  
fuerit perfecta illa bene loquendi laus, multis literis, et ijs  
quidem reconditis et exquisitis, summo studio et diligen-  
tia est consecutus. Erat præterea Hortensius (ut inquit Ci-  
cero) uerborum spendor elegans. Erat in L. Torquato  
plurimæ literæ, non haue uulgares, sed interiores et recon-  
ditæ, et summa uerborum grauitas, et elegantia. L. Do-  
mitius nulla quidem arte, sed Latine dicebat. Erat Pisoni  
uerborum delectus elegans. In M. Claudio autem uerbum  
nullum, aut durum, aut insolens, aut humile, aut in longius  
ductum. Marcellus lectis uerbis utebatur. Quid plures hu-  
ius aetatis concræta conqueruntur? quorum nomina ut  
doctissimorum uerborum multis in locis connumbrata com-  
perire poterimus: scripta autem, cum sint ueritate delecta,  
nusquam reperiemus, quin potius eius temporis ea profe-  
ramus, quorum monumenta quotidie in manibus uerfan-  
tur

tur. Lege multorum epistolas, quæ inter Ciceronis epistolas leguntur, ut Seruij Sulpitij, M. Marcelli, Q. Metelli Celeris, Q. item Metelli Nepotis, P. Vatinij, L. Luceij, M. Bithynij Curionis, M. Celij, Dolabella, Gn. Planci, Galbae, C. Afinij Pollionis, M. Lepidi, Au. Cætinæ, Decij Brutii, M. item Brutii, C. Caſij, C. Marij, P. Lentuli, Trebonij, M. Catonis, C. Cæſaris, Gn. Pompeij, Q. Ciceronis filij, Cor. Ballbi, Oppij, Hircij. Quos, et pene infinitos alios eruditissimos viros florentissima hæc Ciceronis ætas effudit. dicas in hac sola inesse succum illum, et quasi sanguinem incorruptæ Latinitatis: ac non fucatum, sed naturalem quendam eloquentiae nitere candorem, pari prope modum ingenij felicitate, et uerborum elegantia: ut si titulos demperis, illas nō facile à Ciceronis epistolis internoscas. Quod præclarè Cornelius Tacitus de claris oratoribus comprobat, cum dicit: Sicut apud nos Cicero qui dem cæteros eorundem temporum disertos antecepit, sic Caluus et Afinius, et Cæſar et Brutus, iure prioribus et sequentibus anteponuntur. Nec refert quod inter se specie differant, quam genere consentiant. at astrictior Caluus, numerosior Afinius, splendidior Cæſar, amrior Cælius, grauior Brutus, uehemetior et plenior et ualentior Cicero. Omnes tamen eandem sanctitatem eloquentiae ferunt, ut si omnium pariter libros in manum sumpseris, fatearis, quamvis in diuersis ingenij, esse quandam iudicij ac uoluminis similitudinem et cognitionem.

**S**ed iam de imperfecto, et corrupto potius, ac uitioso tempore, ut proposuimus, aliquid afferamus. Secuta post ætatem Ciceronis alia doctoriæ ætas, satis uel eorum proprio testimonio indicavit, non solum quantum à cumine

13  
cumine et fastigio precedentis ætatis absuerit: uerum etiam mutato dicendi genere, et eloquentia omni prope in barbariem uersa, ad imum celerius quidem quam ascenderat, properari. Quod ut luce clarius uideatur, pauca quæ ex multis breuitatis causa collegi, labenti stylo ueluti quodam inducto freno subiectam. Seneca in prologo prima declamationis: Ut positis, inquit, aestimare quantum quotidie ingenia decrescant: et neſcio qua iniuitate, et ad malum pronitate naturæ eloquentia ſe retro tulerit. Quicquid habet Romana facundia, quod insolenti Graeciae aut opponat, aut preferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia quæ lucem nostris studijs attulérunt, tunc nata sunt. In deteriorius quotidie data res est, ut ad summum perducta, rursus ad infimum uelocius quidem quam ascenderat, relabatur. Quod etiam affirmat Statius in epistola Sylvarum suarum, dicens: Manlius certè Vopiscus uir eruditissimus, qui vindicat à ſitu literas iam pene fugientes. Et Quintil. Dicendi, inquit, mutantius genus, et ultra nobis quam oportebat, induſsimus. Et alibi: Quid multæ totus prope mutantus est sermo. Et Diomedes grammaticus hanc literarum bonorum quasi ruinam testatur, cum dicit: Iniecit posteræ ætas manum et ueluti disciplinam pristini ſeculi, ita sermonem fastidire coepit, et noua ueluti parturire uerbo. Et alibi quasi ante oculos ponit non ſolum imperfectionem ſui ſeculi, ſed etiā nostri, dum ait: Quid quod nihil iam proprium placet, dum parum creditur diſertum quod aliud dixerit? A corruptissimo quoque poëtarum figuræ ſeu translationes mutuamur, tum deum ingeniosi, ſi ad intelligendos nos opus fit ingenio. Et Aulus Gellius: Animaduertere eft pleraq; uerborum Latinorum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessif- fe, uel

se, uel in diam longe, uel in proximam: eamq; decessio-  
nem factam esse consuetudine & infiditia temere dicen-  
tium, que cuiusmodi sint, non didicrunt. Cornelius uero  
Tacitus in co libello, quem de claris oratoribus scripsit,  
haec omnia latius persequitur, cum in dialogo Maternum  
querentem inducit: Exprime, inquit, Materne causas, cur  
tantum ab eloquentia eorum recesserimus, cum praesertim  
centum uiginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem  
effici ratio temporū collegerit: Et subdit: Quis enim igno-  
rat eloquentiam, ac cæteras artes descivisse ab ista uitere  
gloria: non inopia hominum, sed desidia iuuētutis, et ne-  
gligentia parentum, & infiditia præcipientium, et obli-  
uione moris antiqui. Quæ mala primū in urbe nata, mox  
per Italianam fusa, iam in prouincias manant. Quod adeo  
negligitur ab horum temporum disertis, ut in actionibus  
eorum, in quoq; uerbo quotidiani sermonis foeda ac pu-  
denda uitia deprehendantur. Et subdit: Ut in paucissimos  
sensus, et angustas sententias detrudant eloquentiam, ue-  
luit expulsam regno suo: ut quæ olim omnium artium, ut  
dicunt, pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc cir-  
cumcisæ et amputata, sine apparatu, sine honore penè di-  
xerim, sine ingenuitate, quasi una ex sordidis arti-  
bus discatur. Ergo hanc primam et præcipuam causam  
arbitramur, cur tantum ab eloquentia recesserimus. Im-  
perfectionem etiam sui temporis testatur Plinius in episo-  
ta naturalis historiae, cum libros suos referentes esse affir-  
mat plurimarum rerum aut rusticis uocabulis, aut exteri-  
nis, inq; barbaris, non sine honoris prefatione ponendis.  
Et ut per gradus ad summum ascenderat eloquentia, sic  
eam per gradus ad imum descendere uideamus. Macrobius  
etiam tempora sua hac imperfectione infecta significat,

cum

cum dicit: Petitum, impetratumq; uolumus, ut æqui boniq;  
consulant, si in nostro sermone nativa Romani oris ele-  
gantia desideretur. Apuleius autem, quem nostri temporis  
magis curiosi, quam eruditæ sequi et emulari student, in  
principio operis sui, Latinas literas ignorare se fatetur.  
In urbe, inquit, Latia aduena studiorum Quiritium, in-  
digenam sermonem ærumnali labore, nullo magistro præ-  
cunte, aggressus excolui. En ecce preccanur ueniā, si quid  
exotici ac foræsis sermonis rudis locutor effudero, iam haec  
quidem ipsa uocis initatio desultoriae scientiæ stylo, quem  
accessimus, respondet. Quis rogo te ferat non tam Apu-  
leium, qui ut malū edificij dominus se architectū non adhi-  
buisse, ita literas sine preceptorc coluisse gloriatur: quam  
aliquos esse, qui malint fœtores et quisquilius eius colli-  
geret, quam uerborum floribus perfectissime Ciceronis  
ætatis, quam signauimus, inherere? Sed quid alij Apuleio  
similes in sequentium ætatum autores de scipis et tempo-  
rum suorum infiditia balbutiant, uideamus. Sidonius de suis  
nugis: Tadi est ordo, inquit, ut sine plurimis, nouisq; uer-  
bis, quæ præfata pace plurimorum eloquentium speciali-  
ter tibi et complatonicis tuis nota sunt, nugæ ipse non ua-  
luerint expediri. Et alio in loco de liberalibus artibus a-  
gens, ita loquitur: Virtutes artiū istarum seculis potius pri-  
scis seculorum rector ingenuit, quæ per ætatem mundi iam  
senescunt, lassatis ucliti sceminiibus, cunctis nullatæ, parum ali  
quid hoc tempore, atq; id in paucis mirandū, ac memora-  
bile ostentant. Et alibi: Increbruit, inquit, multitudo desi-  
diosorum, ut nisi uel paucissimi merā Latialis linguae pro-  
prietatem, de triuialiū barbarismorū rubigine uindicaue-  
rit, eam breui abolitā deflecamus. Et Fulgentius: Nostri,  
inquit, temporis ærumnosa miseria non dicendi petit studiū,

sed

sed uiuendi flet ergastulum. Nec fama aſſtendum poēti-  
ce, ſed fami conſulendum domesticæ. Martianus uero Ca-  
pella, Martianum filium nugas suas non ferentem introdu-  
cit, dum in principio operis ſui ſic orditetur: Dum crebrius  
iſtos Hymenai uerſiculos, nescio quid in opinū intactumq;  
molicns, reperſum capillis albicantibus uerticem, incre-  
mentisq; luſtralibus decuriatum, nugulas inceptas nō per-  
ferens Martianus, interuenit. Quid de alijs aliarum etat-  
um hominibus dicam: quorum nonnulli etiam noſtri tem-  
poris ſcriptores, cum quid ſcribere ſunt aggrefi, non fo-  
lum bonorum uerborum delectum neglexerunt: ſed illud  
maxime ſtuduerūt, ut uel ueteratorum rubiginē, uel noio-  
rum autorū aſperitatem ſuis ſcriptis admifciffe, et ſimi-  
litudinem peſimi cuiusq; et corrugatiſimi ultro appetiſſe  
uideantur. Quo factū eſt, ut non ſolum proprietatem Ro-  
mani sermonis, uerū omnem penē illam ſuauitatem, et  
quasi ſalubritatem Latinæ dictionis amifcrint: obliui hunc  
eſſe legendi fructum, et mulari meliora, et que in alijs ma-  
xime probet, que'ue inter optimi cuiusq; et elegantiſſi-  
mi dicta mireris, in aliquem uifum non ſine uenustate atque  
luce ac munditia uerborum concinna deriuatione conuer-  
tere, ſicuti Cicero et eius etatis cruditiſſimi autores fece-  
runt: quamvis ad illud fatigium, illam ſummitatem, et  
prop̄e diuinitatem aſpirare nemo poſit. Illa enim ſublimi-  
tas, quanquam imitabilis illa quidem uidetur cupienti, ni-  
hil tamen eſt experienti minus, audendum tamen, et ita  
annitendum, ut quod aſſequi non poſſimus, imitari ſaltē  
uoluiſſe uideamur. Sed quoniam nihil nos p̄cipiendo  
cauſa dicere, neque magiſtri, ſed aſtimatores uideri uolu-  
mus: nec sermonem nunc tam informamus bonū, quam de-  
terremus malum: quantum Cicero, et ea etate Latinitatis

prin

principes noua uerba uitauerint, unde omnis Latinæ lin-  
gue pernicioſe comparata eſt, breuiter ostendamus. Cicero  
in Oratore, oratorem instruens ita p̄cipit: Ergo ille te-  
nues orator, modò ſit elegans, nec in faciendo uerbis erit  
audax, et in transferendo uerecundus et parcus, et in  
priscaſ reliquiq; ornamentiſ et uerborum et ſententia-  
rum remiſſior. Quintil uero, Vſtatis, inquit, uerbiſ tutius  
utimur: noua non ſine quodam periculo fungimur. Nam ſi  
recepta ſunt, modicam laudem afferunt: repudiata, etiam  
in iocos excunt. Audendum tamen, nanque, ut ait Cicero,  
etiam que primò dura uifa ſunt, ufu molliuntur. ſed nobis  
non eſt confeſſa fictio nominum. Si quis autem dixerit,  
ideo nouanda eſſe nobis uerba, quod eorum penuria labo-  
remus, audiat Cicronem, qui de Natura deorum ita lo-  
quitur: Quod illa que à Græcis accepiffent, Latinè dici  
poſſe diſſiderent. In quo genere tantum proſeciffe uideamur,  
ut à Græcis ne uerborum quidem copia uincremur. Et in  
Tufculanis: O uerborum inops interdum, quibus abunda-  
re te ſemper putas, Græcia. Et de Finibus bonorum et  
malorum: Sed ita ſentio, et ſepe diſſerui, Latinam lin-  
guam non modo non inopem, ut uulgō putatur, ſed locu-  
pliciorem eſſe quam Græcam. Sed dicet aliquis, parienda eſ-  
ſe neceſſario noua uerba, cum quid ex Greco uertendum  
ſit, et minus occurrat uerbū Latinum uifatum. Sunt enim  
(ut inquit Cicero de Finibus bonorum et malorum) impo-  
nenda noua nouis rebus nomina. Sed ad hoc quaſi reſpon-  
dere uidetur Aulus Gellius, cum dicit: Cum quid ex Gre-  
co, quod non placet, tranſerre uoluiſſem, hoc ego ſu-  
perſedi uertere: quia nouis et inconditis uocibus uten-  
dum eſſet, quas pati aures per insolentiam uix poſſent.  
Sed ipſe idem Cicero, qui dixit uerba noua parienda eſſe,

UNIVERSITATIS  
BONI  
impo

imponendis noua nouis rebus nomina, usq; mollicenda, quæ dura præ nouitate uiderentur: quam abstinens illorum fuerit, quam ue nouitatem uerborum uitauerit, infra poneamus. Cum in Bruto, Declamo, uerbum sui temporis nouum dicere uellet: Commentabar, inquit, declamans: sic enim nunc loquuntur. et idem in libello de mundo: Ut in singulis, inquit, essent bina media, uix enim audeo dicere mediocres: sed quasi ita dixerim, ita intelligatur. Et in Philippicis, M. Antonium notans, quod uerbum nouum protulisset, ita dicit: Tu porrò ne pios quidem, sed piissimos queris: et quod uerbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Varro autem de lingua Latina docet, antiquos etiam uitasse uerba nimium noua: Extremum, inquit, nouissimum quoque dici ceptum uulg: quod mea memoria ut Aelius Gallus, sic senes aliquando nimium nouum quod esset, uatabant. Et Aulus Gellius: Quod à M. Varrone Proloquium, à M. Cicerone Pronunciatum dictum est. Quo Cicero tamen uocabulo tantisper uti se attestatus est, quoad melius, inquit, inuenio. Quintilianus autem: Ueriloquium, inquit, ipse Cicero qui fixit, reformidat. Et Ciceron de Finibus honorum et malorum, quasi cum dolore dixit, ut ita dicam, Indolentia. Varro uero de analogia uerborum, repertores uerborum nouorum damnat, ostendens ipsas aures nouitates has quodammodo respuere, cum dicit: Tantum inter duos sensus interesse uolunt, ut oculis semper aliquas figuræ supellestilis nouas conquerant: contrà, aures expertas esse uelint. Quotusquisque iam seruos habet prisca nominibus? que mulier suum instrumentum uocis atque auri, ueteribus uocabulis appellat? sed inductis non tam illis irascendum, quam huiusc præ uitatis

DE SERMONE LATINO. 19  
uitatis patronis. Et idem Aeditimum dici oportere censem magis, quam Aeditum: quod alterum sit recenti nouitate factum, alterum antiqua origine incorruptum. Sed pro eo à plerisque Aeditius dicitur noua et commentitia usurpatione. Quæ omnia cum ita sint, Aulus Gellius quasi de ijs sententiam ferens, libro decimo ita scripsum reliquit: Verbis uti aut nimis obsoletis excusatissq; aut insolentibus nouatisq; dure et illepidè, par esse delictum uidetur. Sed molestius equidem culpatiusq; esse arbitror, uerba noua, inconnita, inaudita dicere, quam inuulgata et sordentia. Noua autem uideri dico, etiam ea quæ sunt inuisitata et desita, tametsi sint uetus. C. etiam Caesar libro de analogia, monuit, infrequens atque insolens uerbum tanquam scopolum fugiendum esse. Suetonius quoq; de Augusto scribens: Genius eloquentiae, inquit, securus est elegans, et temperatum, uitatis sententiarum inceptis, atque inconcinnitate, et reconditorum uerborum (ut ipse dicit) fœtoribus: præcipuumq; curam dixit sensum animi quam aperi tissime exprimere. Cacozelos autem et antiquarios, ut diverso genere uitiosos, pari fastidio sprecuit. Sed nec Tiburio parcit, exoletas interdum et reconditas uoces aucepanti. Marcum quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem, que mirarentur potius homines, quam intelligent. Sed opus est, inquit, dare te operam, ne moleste scribas aut loquaris. Quin Augustum Aul. Gellius ab eloquentia et Latinitate laudat, dum dicit: Diuus etiam Augustus memoriarum ueterum exequentissimus, lingue Latine non nescius, munditiarum patris sui in sermonibus sectator. Et Cicero de Oratore, preclare monet uitanda esse uerba prisca, et à consuetudine sui temporis quo perfectio sermonis uigebat, remota, cum dicit:

Quanquam sunt illi ueteres, qui ornatè nondum poterant, ea que dicebant, omnes propè præclarè locuti. Quorum sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem, poterunt loqui nisi Latine. Neque tamen erit utendum uerbis ijs, quibus iam consuetudo nostra non utitur, nisi quando ornandi causa parce. Sed iustitatis poterit uti letissimis, ex utatur ijs, qui in ueteribus erit scriptis studiose ex multum uoluntatis. Et sic Latine loquamur, ut uerba efferamus ea, quæ nemo iure reprehendat. Hec Cicero. Sed quanquam in omni re difficultum est, formam optimi exponere, quod aliud alijs uidetur optimum (uaria enim sunt iudicia, nec facilis explicatio, qua forma excellat) dubitari tamen à recte considerantibus nequaquam poterit, quin illa multorum nostri temporis insulsitas ex insolentia, ac quedam (ut ita dicam) orationis insania, siccitas, inopia, à malorum autorum lectione et imitatione nascatur. Quare cum sit eloquentia, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientia; unde in Poëtica testatur Horatius,

Scribendi recte, sapere est et principium, et fons: ex in bonis omnia que summa sunt, iure laudentur: uerborum bonorum delectus est in primis sapienter habendus, idq; facile affuemur, si delegrimus nostrata, non peregrina: propria, non inepte translata: iustitia, non noua: pura, non horrida: luminosa, non tenebrosa. Quid contingere certe nulli poterit, nisi ei, qui autores diuinæ illius Cicronis etatis perlegerit. Sublimitas enim et magnificencia, et nitor, et autoritas, ex optimis illis eius seculi autoribus tantummodo prouenit: ij soli locutionem emendatam et Latinam, et originem, et quasi solum ac fundamentum quoddam eloquentiae posuerunt. Insequentium

tum autem autorum lectio, doctrinam quidem diuersarum rerum conferre poterit, elegantiam autem et nitorcm uerborum non poterit: quin potius mixtura uerborum quibus illi usi postea fuerunt, omnem propè florem incorrupti illius sermonis, quem quis ex optimorum lectione collegerit, breui quasi de manibus excutiet, barbarumq; omnino reddet. Cum autem quicquid literis mandatur, id commendari omni eruditorum iudicio deceat: sicut decus hominis ingenium, ingenij uero eloquentia: nec tam præclarum, scire Latine, quam turpe, nescire: eniti et toto (ut aiunt) pectore incumbere debemus, ut non uulgares literas, sed interiores et perfectas, uerborum grauitatem et elegantiam, nitorem et candorem, atque ueram denique Romani sermonis eloquentiam, de perfectiorum illorum quos connumerauit, autorum fontibus hauriamus: abiecta, obsoleta, prisca nimium et uetus priorum, nouaq; omnia sequentium autorum fugiamus. Sed in hoc uerborum delectu aurium quoque quoddam iudicium adhibendum est, quod non arte aliqua perpendiculariter, sed quoddam quasi naturali sensu, prudentiæq; percipitur. Cum uero ex uerbis omnis conficiatur oratio, atque idcirco illustris uerba ex optimo quoque id etatis autore legenda sint, ut Latina et elegans surgat oratio: id quoque maxime obseruandum est, ne qua nimis elaborata concinnitas, lumen eloquentiae potius extinguat, quam accendat. Remouendus erit igitur (ut ait Cicero) omnis insignis ornatus, nec calamistri quidem adhibebuntur, fucati etiam medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur: elegancia tantum et munditia queratur: sermo purus et Latinus remaneat, dilucidus, luculentus, politus, planus: quid deceat, circumspicietur. Omnis enim

pars orationis esse debet laudabilis, sic, ut uerbum nullum nisi graue aut elegans excidat. Cumq; in omnibus rebus uidendum sit, quatenus, ne nostra modum excedat oratio, una breuiq; Ciceronis clausula concludemus: Sit, inquit, modo is, qui dicet aut scribet, institutus libera-  
liter, educatione doctrinaq; puerili, et flagret studio,  
et a natura adiuuetur: et uniuersorum genrum infinitis  
discepcrationibus exercitatus, ornatiissimos scriptores,  
oratoresq; ad imitandum cognorit: ne ille haud sane quem-  
admodum uerba struat et illuminet, a magistris istis  
requireret, ita facile in rerum abundantia ad orationis or-  
namenta, duce natura ipsa, si modo est exercitata, la-  
betur. Hac ille. Exercitatione autem hæc omnia facile  
consequemur. Stylus enim optimus scribendi artifex,  
structuram non inopem, non minutam, non interpus-  
tam, sed locupletem, numerosam, aptamq; confi-  
ciet. Omisis igitur et repudiatis nouitijs istis et semi-  
doctis, qui ignobilia nimis et sordentia, nouata, fictaq;  
uerba de imperfectis autoribus eruire, et in usum Lat-  
inæ lingue introducere, ac ueluti ciuitate donare, et qua-  
si in Latinam coloniam deducere gestiunt literarum ostend-  
tione, incepti uerius quam gloriofi, elaboremus ueluti  
apes lectissimis floribus infidere. Prosequi enim quod  
quisque unquam uel contemptissimorum hominum dixer-  
it, aut nimis miseria est, aut certe inanis iactantia,  
et detinet atque obruit ingenia, melius alijs uacatura.  
Eruditionem uernaculaam ac plebeiam, et uerborum  
monstra uitimus eorum hominum, qui inquinat et  
parum composite, manusq; eleganter scriferunt: quo-  
rum ita est confusa oratio, ita perturbata, tanta que infor-  
lentia

lentia ac peruersitate uerborum interlita, ut oratio, que  
lumen rebus adhibere debet, obscuratam potius, et tene-  
bras afferat. Dum enim exquisitis, nouisq; uerbis uti uol-  
lunt, infantissimi reperuntur: qui ueluti Sisennæ simoli,  
cum emendatores iusti sermonis esse uelint, deterri non  
possunt, quo minus iustitias uerbis uantur, nihil aliud re-  
cte et Latinæ loqui putantes, nisi nouæ et iustitiae lo-  
qui: uerbiq; improprijs gaudentes, redundantibus, obscu-  
ris, ambiguis, nouis, Greecanicis: quo magis eorum expur-  
gandus est sermo, fugiendaq; barbaria, ediscendaq; de Ci-  
cerone et Ciceronis equalibus uera Latinitas: que nihil  
aliud est, nisi incorrupta loquendi obseruatio secundum  
Romanam linguam. Cuius ( ut dixi ) licet ueteres illi,  
quos connumerauit, quasi genitores extiterint, eam tamen  
seculum illud Ciceronis emendauit, excolauit, expoliuit. Sed  
satis sit hoc admonendi, non docendi causa dixisse, pro-  
pter agrestes quosdam et indomitos certatores. Qui cum  
imitari nesciant autores bonos, malos causa nouitatis ex-  
tollunt. Nec id uitio mihi dari debet. An ( ut ait Var-  
ro ) reprehendendus sit, qui orationem minus ualentem,  
propter malam consuetudinem, traducit in meliorem? An  
non cum quis perperam consueverit quid facere in ciuitate,  
non modo non patierit, sed etiam poena afficiemus? Idem:  
Si quis perperam consueverit dicere uerbum, non corrige-  
mus, cum id fiat sine poena? Adde quod persugio literarum  
nihil gratius, nihil iucundius, nihil homini libero dignius  
inuenio. Agitatio enim mentis instituta ad agendum sem-  
per aliquid dignum uiro, tantisper acquiescit, dum in  
literarum studijs uersatur. Ea enim uel descendit, uel  
scribendo alitur, in eaq; scientie et cognitionis dele-

statione perfunditur, fitq; (ut ait M. Varro) ut dum ista  
inuisitamus, pluribus horis uiuamus: quanquam ea demum;  
solaq; dicenda est uita, quae sine C H R I S T O deo non ui-  
uitur. Vale.

# A D R I A N V S

## CARDINALIS DE MODIS LATINE LOQVENDI.



I R O R admodum, post aureum  
illud Ciceronis seculum, plerosque  
doctissimos uiros, qui ad nostram us-  
que memoriam multa eruditissime  
scripserunt, ne odoratos quidem es-  
se tam suaues dicendi flosculos, qui  
pasim fragrant, et eniteſcunt in le-  
ctione perfectissimorum autorum, quos quasi invictissimos  
heroas, immortalis illa, ac prop̄ cœlestis Ciceronis ætas, ue-  
luti, equus ille Troianus effudit: è quibus ego (quod sine  
arrogantia dixerim) accurate diligenterq; nonnullos col-  
legi, ac propemodum, in fasciculos manipulosq; singu-  
latim, ac suo quenque loco dispositi: quo et his literulis  
desiderium urbis Romæ, à qua tot iam annos absum, le-  
tarem, et simul ut bonarum literarum studiosis ac poſte-  
ritati utcunq; prodeſsem. Cum autem sint nomulli, qui non  
modò elegantiam uerborum, sed proprietatem ipsam et  
uerum ac natuum dicendi succum nihil faciant, ad scri-  
ſa hero-

ſauero ſola reſpiciant, in eaq; hærefi ita hereant atq; ta-  
beant, ut ad ſuam opinionem etiam leges per capillos at-  
trahant repugnantes. Adducunt enim Vlpianum, qui de  
adimendis legatis, lege: Si quis: Sed melius eſt, inquit, ſen-  
ſum, quam uerba amplecti. Et eundem de preſcriptis uer-  
bis, legē: Natura rerum inductum eſt, ut plura ſint nego-  
tia, quam uocabula. Et Celsus de legibus: Scire leges, non  
hoc eſt, uerba carum tenere, ſed uim ac potestatem habe-  
re. Et Paulum de fundo inſtructo, lege Cum declamatio-  
nis: Optimum ergo eſſe Pedius ait, non propriam uerbo-  
rum ſignificationem ſcrutari, ſed in primis quid testator  
demonſtrare uoluerit. Idem non attendunt, id ſolūm à iu-  
risconsultis preſcribi, cum quid manifestè colligitur, a-  
liud quem ſenſiſſe, quam dixiſſe aut ſcripſiſſe: quod preci-  
pue in testamentis uſu uentre ſolet. In ceteris uero uelut  
capite ſanciūm eſſe, ut proprietas uerborum, quibus  
ſingulis tota oratio conficitur, omnino obſeruetur. Nam  
quis neſcit, proprietate uerborum neglecta, quibus totum  
orationis corpus, uelut quibusdam filiis contexitur, oration-  
em ipsam conturbari, incertamq; et ambiguum reddi?  
Quam opinionem à legibus projectam, leges ipſae aper-  
tè poſtea infirmant, ut Martianus de legatis tertio. Non  
aliter, inquit, à ſignificatione uerborum recedi oportet,  
quam cum maniſtum eſt aliud ſenſiſſe testatorem. Et ſub-  
dit: Cum plerunque abuſu loquuntur, nec proprijs nomi-  
nibus ac uocabulis ſemper utantur. Et Scœuola de ſupelle-  
ſili legata, lege, Labeo. Non enim, inquit, ex opinioni-  
bus ſingulorum, ſed ex communi uſu nomina (inquit Ser-  
uius) exaudiri debere. Et ſubdit: Et quidem non arbitror  
quenquam dicere quod non ſentit, ubi maximè nomi-  
ne uſus fit quo appellare ſolet. Et poſt paulo: Non ta-  
men

men à Seruio d<sup>r</sup>ffentio, non uideri quenquam dixisse, culus non suo nomine usus fit. Et Paulus de rebus dubijs, lege, In ambiguo scrmitone non utrumque dicimus, sed id duntat quod uolumus. Itaque qui aliud dicit quam uult, neque id dicit quod vox significat, quia non uult: neque id quod uult, quia id non loquitur. Similiter sentire uidetur Dio dorus, cui Crono cognomentum fuit: Nullum, inquit, uerbum est ambiguum, neq; quisquam ambiguum dicit aut sentit, nec aliud dici uideri debet, quam quod se dicere sentit, is qui dicit. At cū ego, inquit, aliud sensi, tu aliud acceptisti: obscurè magis dictum, quam ambiguè uideri potest. Quare (ut in Bruto ait Cicero) cūm confluxerint in hanc urbem multi inquinatè loquentes ex diuersis locis, co magis expurgandus est sermo, et adhibenda ratio, que mutari non posse, nec utendum prauissimè consuetudinis regula. Nam cum eloquentia (ut ait Cicero de optimo genere oratorum) constet ex uerbis et sententijs, perficiendum est, ut pure et emendate loquentes, quod est Latinè, uerborum et priorum et translatorum elegantia persequamur. Sed iam quod instat agamus.

**Q**VAM abstrusus, et quam diu apud ueteres ueluti de industria latitans modus hic dicendi à multis non intellectus, à nullis ferre recte obseruatus est? Acceptum enim referre, et Expensum ferre nemo hastenus (quod sciam) recte colligit. Que uerba cum frequenter apud bonos autores diuine illius Ciceronis etatis legissem, collatis locis et discubisis, id uidetur mihi esse Acceptum referre, quod peruerso loquendi modo dicunt, ponere ad introitum. Expensum autem ferre, id esse, quod corrupto sermone dicunt, ponere ad exitum. Quod ut clarus

Acceptum re  
ferre

Expensum  
ferre

rius cognoscatur, loca ipsa que collegi, ponere et paulo altius repetere statui. Due erant apud ueteres tabule, ut etiam nunc fit: Vna Accepit, altera Expensi. Haec postea mutato dicendi genere, ut in plerisque alijs, à multis tabulae dati et accepti dictæ sunt. Sed nos optima quæque uerba Latina querenda censemus, barbara et noua relinquenda. Quod autem accepti et expensi tabulae uocarentur, Ciceron testatur pro Roscio Comedo, cūm dicit: Tabulas Faninius accepti et expensi profert suas. et paulopost: Vtrum cætera nomina in codicem accepti et expensi digesta habes, an non? et ibidem: Non habere se hoc nomen in codice accepti et expensi. et in eodem: Quando festertiua CCC L III. in codice accepti et expensi non sunt? et subdit: Tum in codice accepit et expensum esse debuit. Plautus in Mostellaria: Bene igitur ratio accepti atque expensi inter uos conuenit. Cicero in Verrem: Nunc ad sacerdorum tabulas accepti et expensi reuertamur. Cum autem scribabant in tabula accepti, se pecuniam ab Titio accepisse, Titio dicebant pecuniam acceptam referre. Vbi uero in altera tabula notabant, se pecuniam Titio dedisse, Titio scribabant pecuniam expensam ferre. Declarat hoc Asconius Pedianus cum dicit: Questores urbani aerarium curabant, ciuisq; pecunias expensas et acceptas in tabulas publicas referre consuecuerant: ex quibus postea modus loquendi translatus est, ut cum quid officij in nos ab aliquo conferatur, id nos illi acceptum referre: contra, si quid ab eo aduersi accidat, improbitati illius expensum ferre dicamus. Vtrunque genus loquendi, que his subscriptis loca, manifestius demonstrabunt.

Cicero pro Aulo Cæcina: Hac emptione facta, pecunia soluitur à Cæsenniacius rci putat iste rationem reddi

non

non posse, quod ipse tabulas cuerterit, se autem habere argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptas; relata: quasi id aliter fieri oportuerit, cum omnia ita facta essent, quemadmodum nos defendimus.

Idem in Verrem: Propter quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quam Verres illi expensum tulerit.

In eundem: Homo stultissime atque amentissime, tabulas cum conficeret, & cum extraordinaria pecunia crimen subterfugere uelles, satis te elapsurum omni sufficione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, ijs expensam non ferres, neq; in tuas tabulas ullum nomen referres, cum tot ibi nominibus Curtij referrent, quid proderat, tibi expensum illi non tulisse?

In eundem: Foeneratio erat eiusmodi, iudices, ut etiam hic questus huic cederet: nam quas pecunias ferebat ijs expensas, quibus cum contrahebat, aut scribere istius, aut Timarchidi, aut etiam ipsi isti referrebat acceptas.

In eundem: Si mihi acceptum non retulisset, putabat se aliiquid defensionis habiturum.

In eundem Verrem: Sexcenta millia accepta pupillo Mal-leolo retulit. & subdit: Quando Chrysogono expensa lata sunt.

Ibidem: Tamen sextertia sexcenta millia cum accepta retulisset, sextertia quinq; millia soluta non sunt.

Idem in Philippica II. Ego amplius sexteriorum ducenties acceptum hereditatibus retuli.

Idem pro Roscio Coaco: Qui pecuniam expensam tulerunt, & subdit: Ille si non iussu huius expensum tulisset, non scripsisset.

Et ut intelligatur acceptum referre, uel expensum ferre, id esse quod dixi, scribere uidelicet quem debere, uel creditorem

ditorem esse, etiam si pecunia data non esset: declarat Cicero in eodem Roscio, dicens: Hæc pecunia necesse est, aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit. Datam non esse, Fannius confitetur: expensam latam non esse, codices Fan-nij confirmant: stipulatam non esse, taciturnitas testimoniū concedit.

Idem Rufo: Si mihi expensa ista sextertia centum tulisset.

Idem Attico: Pro eo tibi presentem pecuniam solui imperavi, ne tu expensum muneribus ferres.

Eidem: Videas enim unde nummi sint, mihi feras expensum.

Idem in Philippica: Quis unquam in illo inuentus est, qui Lucio Antonio mille nummum ferret expensum?

Horatius:

Gratus Alexandro regi magno fuit ille

Chærilus: incultis qui uerbis, & male natis,

Rettulit acceptos regale numisma Philippos.

Julianus de iure dotium, I. Tali, Socer genero suo sic legaverat, L. Titio filiae meæ nomine centum hæres meus damnas esto dare, hanc pecuniam generum petere debere, & exactam, acceptam legatis referri.

Vlpianus ad senatusconsultum Trebellianum, I. Mulier: Dicendum est potius fructibus hoc expensum ferendum, quam fideicommisso.

Alphænus de manumissionibus, I. Seruus: Sed si interea dum eum manumitteret, acceptum seruo retulisset, uideri peccati fuisse.

Floren. de pignoratitia actione, I. Cum & fortis nomine & usurarum, aliquid debatur ab eo, qui sub pignoribus pecuniam debet, quicquid ex uenditione pignorum recipiatur, primum usuris, quas tunc deberi constat, deinde si quid

quid supereft, sorti acceptum referendum est.

Pomponius de peculio. I. Si mulier: Item si mulier creditori uiri fundum uendiderit, & tradiderit ea conditione, ut empor acceptam pecuniam uiro referat.

Papinianus: Qui potiores. I. Si prior: Ut primam tantum pecuniam expensam ferat.

Titus Liuius ab urbe condita: Homines prope c c c c. produxisse dicitur, quibus sine foenore expensas pecunias tulisset.

Labeo de legatis, I. Qui concubinam: Quod acceptum in tabulis suis ex ea haereditate retulisset.

Hircius in comment. Pecuniae locupletibus imperabantur, quas Longinus sibi expensas ferri non tantum patiebatur, sed etiam cogebat.

Ibidem: Sanatis uulneribus, accerfit omnes, qui sibi pecunias expensas tulerant, acceptasq; eas iubet ferri, quibus parum uidebatur imposuisse oneris, ampliorem pecuniam imperat.

Ibidem: Sibi quod rapuerant, acceptum referebant: quod intercederat, aut erat interpolatum, Casio assignabant.

Liquet ergo quod dixi, Acceptum referre, id esse quod in rationibus, in tabula uidelicet accepti describatur, uel solutum esse ab aliquo, uel pro solutione admissum: ex id esse Ferre expensum, quod in tabula expensi notabatur quem debere stipulata pecunia, uel alia re contracta: Et ut notis seculo nostro uerbis utar, Acceptum referre erat, ad introitum quem facere creditorem: Ex expensum ferre, erat ad exitum facere debitorem. Quod declarat etiam Asconius Pædianius, cum dicit: Expensum ferre, est scribere te pecuniam dedisse.

Id quoque aduentendum est, non solum dici pecuniam accepta

ceptam referri, ant expensam ferri, uerum etiam & alia quo que opera, ut infra.

Cicero in Ver. Rabonio opus inde acceptum retulit.

Caelius Ciceroni: Mencio facta est de legione ea, quam expensam tulus C. Cesari Pompeius.

Marcel. ad legem Iuliam repetundarum, lege, lex Iulia: Illud quoq; caetur, ne expensum feratur opus publicum faciendum frumentum publice dandum, præbendum, apprehendendum. larcina testa, ruenda, antequam perfecta, probata, prestatia legantur.

Labolenus de supellecili legata, I. Qui uestem communem omnem, & res plurum generum supellecili expensum ferre solitus erat.

Plautus sine accepto posuit, quod pauci hactenus (ut arbitror) intellexerunt, cum in Asinaria dixit: Itaq; ob asinos relatum pretium Saurie numerari iubet seruo suo Leonide. id est, pretium acceptum relatum Saurie, quod in ratione accepti Saurie adscriptu erat ob asinos, numerari Leonide seruo iubet. Cicero etiam acceptum similiter omisit, cum in Verrem agat. Ut si hanc ex foenore populo pecuniam notulisis, reddas societati.

HACTENVS de proprietate uel de modo dicendi eorum uerborum a diximus: mox pauca de translatione dicimus.

Cato Ciceroni: Si tu, quid in re nihil fortuito, sed summa tua ratione & continentia recipis. prousum est, diis immortalibus gratulari nos, quam tibi referri acceptum maius, gaudeo.

Cicero Attico: Te etiam atq; etiam oro, ut me totum tuendum suscipias: ut si his salvi erunt, quibus curae sum, una cum his postea incolunis esse, salutemq; meam benivolentiae tue

tua acceptam referre.

Eidem: Ut ita diceret, se quod esset senator, quod ciuis, quod liber, quod uiueret, mihi acceptum referre.

Idem pro Cluentio: Voluit eum aliquid acceptum referre liberalitati sue.

Idem pro eodem: Verum omnem tranquillitatem et quietem senectutis resert acceptam clementie tuae.

Plancus Ciceroni: Quod sperant, quod audent, omne Cæsari acceptum referre possunt.

Titus Liuius ab urbe condita: Nec senatui, sed familiae Licienae acceptum referrebant.

Id quoque aduertendum est, ut supra dixi, translationem quoque fieri in uerbo Expensum fero, dum aliquid male curatur, ut Sc.euula: Que in fraudem, I. Pupillus: Creditors sue negligenter expensum ferre debent.

Alius.

**Q** Votescunque bonos autores legens, incurro in unum aliquod ex his, que iamdudum colligo eleganter dicta, toties mihi uehementer gaudeo, ac quasi grandem agrestu cor aliquem nitidumq; unionem iuenerim, Letitia gestio: borbis suu marmoz uarietatem eorum considerans, eam uoluptatem mente melius concipio, quam uerbis exprimo, aut in publicum substrango: profero: mirariq; non desino, cum illorum perfectissimum uirorum diuinitatem, tum multorum barbaricam, ac quasi oculis obductam caliginem, uidere licet uel ex his clavis, quis intra scripsi: Aliud, Alter, Contra, Secus, Luxta, Statim, Proxime, Par, Aequi. Idem, Simile, Magis, Pariter, quandoque etiam Comparativum, et alijs huiusmodi (non enim omnes collegisse me putem) quam eleganter post se particulas, Ac, Atque, Ut, Quam, et quanti uarietate obtineant. Quare uix considerari potest, quam belle, et quam

quam diuerse, quamque apposite et propriè idem uiri disertissimi illis utantur. Igitur primum de Alio cum particula Ac, coniuncto: mox de reliquis aliqua subiunctione.

Terent. in Phormi. Aliud mihi respondes, ac rogo.

Varro de Re rust. Armentarius non aliud, ac bubulus.

Cicero in Verrem: Ne alio menſe, ac fas erat, comitia haberentur.

Idem Attico: Quod quidem agere si liceret, alio modo ac nunc, agendum esset.

Idem de Oratore: Poteſt enim non ſolum aliud mihi, ac tibi, ſed mihi ipſi aliud aliás uidetri.

Idem pro Marco Cælio: Lux deniq; longe alia est ſolis ac lychnorum.

Idem pro Corn. Balbo: Quid ergo hi poſſunt aliud iudicare, ac iudicauerunt?

Idem de arte Rhetorica: Aut ſi alia ratione, aut aliam ob causam, ac dicet ſe reuſ feciſſe, demonstrabitur eſſe factum. Cæſar in Commentar. Qui longe alia ratione, ac reliqui Galli bellum gerunt.

Vatinus Ciceroni: Longe alia conditione ego ſum, ac ceteri imperatores.

T. Liuius ab Urbe condita: Aliam ſuam, ac transfugarum cauſam eſſe.

De Alio, cum particula Atq; coniuncto.

Plautus in Pseudolo: Illi ſunt alio ingenuo, atq; tu.

Terentius in And. Alium nunc censes eſſe me, atque olim cum dabam?

Idem in Eunicho: Vereor ne aliorum, atque ego feci, acceperit.

Varro de Lingua Latina: Poteſt enim eſſe Saturnus hic alia de cauſa dictus, atq; in Sabinis.

Cicero pro Flacco: Nec erit hæc alia ratio Flacco, atque Laterensi.  
 Idem Attico: Mihi uidcris aliud tu honestum, meq; dignum in hac causa iudicare; atq; ego existimem.  
 Idem pro Muræna: Si aliud atq; existimas.  
 Idem Lentulo: Non aliud esset, atque nunc sum.  
 Idem de Oratore: Tantum & aliud esse atq; hoc, & hoc sine illo summum esse posse.  
 Idem pro Cluentio: Si ipse A. Cluentius sententiam de iudicijs rogaret, aliam non diceret, atq; ij dixerunt, quorum sententijs Cluentium condemnatum esse dicitis.  
 Idem in Academicis: Cum aliud cognoscet atq; sentiret.  
 Idem in Rhetorica: Alio nomine illam rem de qua agitur, appellari oportet, atque aduersarij dicunt.  
 Idem pro Aulo Cæcina: Longe alia ratione recuperatores ad agendum hac actione uenio, atque initio uenoram.  
 Idem Terentiae: Nostra factum esse negligentia, ut longe alia in fortuna esset, atq; eius pietas ac dignitas postulabat.  
 Cæsar in Commentarijs: Docet longe alia ratione esse bellum gerendum, atq; antea gestum sit.  
 Idem ibidem: Longe aliud sibi capendum consilium, atq; antea senferat.  
 Idem ibidem: Ac longe aliam esse nauigationem in concluso mari, atq; in apertissimo oceano perspiciebant.  
 Sallust in Cat. Ad hæc quicunq; aliarum partium, atq; sensatus erant, cōurbari rēp. quam minus uadere ipsi malebāt.  
 Cæsar in Commentarijs: Aliæ sunt legati partes, atq; imperatoris.  
 Hircius in Commentar. Neq; enim aliud ius esse Cappadociae, atq; Armeniae.  
 Ibidem: Si alia esset littoris Aegyptij natura, atq; omnium reliquorum.

Appen

## Appendix.

C. Cæs. in Anticatone priore: Vno enim excepto, que aliis modi atq; omnis natura finxit, suos quisq; habet charos. Cælius in primo: Neq; ipsi eos aliij modi esse atq; Hamilcar dicit. Vbi aduertendum Alij, esse patrij causas, quemadmodū & Alius, quod non solum masculino, uerum etiam in feminino genere ostenditur.

Cælius in primo: Antequam Barcha perierat, aliij rei causa in Africam missus.

De particula Similiter, cum Ac, Atque, Vt, coniuncta.

Cicero de Natura deorum: Tu autem quid queris? simili- ter facis, ac si me roges.

Idem in Philippica prima: Neq; uero illum similiter, atque ipse eram, commotum esse uidi.

Idem de Officijs: Similiter eos facere, qui inter se contendunt, uter rem publ. potius administraret: ut si naturæ inter se certarent, quis corum potissimum gubernaret.

Paulus de libris, &c. l. Filius familiis: Miles similiter ut paganus nominatim à patre, aut hæres scribi aut exhibendi debet.

De particula Simili ac Dissimili, cum Atque, & Ac, coniuncta.

Plautus in Bacchid. Haud consimili ingenio atq; illhic est.

Terentius in prologo Phormionis: Ne simili utamur fortuna, atque uis sumus.

Cicero pro C. Rabirio: Et similis uiri tu uicisceris patris mortem, atque ille persequeretur fratri sui?

Idem de Finibus bonorum & malorum: Itaque & similis erit finis boni, atq; antea fuerat.

Idem de lege agraria: Hic tamen excipit Pompeium si-

Hæc non ha-  
bentur in ex-  
emplari Ro-  
mano.

milime, ut mihi uidetur, atq; in illa lege.

Idem Attico: Aut quiescendum, quod non dissimile, atq; ire in Solonium, aut Antium.

Cæsar in Comment. Hortatur eos, ut simili ratione, atq; ipsi fecerunt, suas iniurias persequantur.

T. L. iuuius ab Urbe cona. Hec sunt tribuni consilia uestra, haud hercule dissimilia, ac si quis ægro, qui curari se fortiter passus, exemplo conualefcere posse.

Ibidem: Similem pauorem inde fugamq; fore, ac bello Galli co fuerat.

Neratius de acquirendo rerum dominio, l. Quid in littore:

Nec dissimilis eorum conditio est, atq; p̄scium et ferarū.

Tripho codem titu, l. Si is: Simile est, atq; in hærcitate.

Subdit: Nunquid simile sit, atq; cum stipulatur?

### De particula item, cum Atque, & Ut coniuncta.

Varro de Lingua Latina: Analogia non item ea definienda, quæ dirigunt ad naturam uerborum, atq; illa, quæ ad usum loquendi,

Idem de Re rustica: Alij ad cursuram, alijs ad prædam, non item sunt spectandi, atq; habendi.

Ibidem: Hosce item ut equulos, et educunt, et alunt.

### De comparatiuo cum Ac, & Atque coniuncto.

Cicero Attico: Mihi quidem uidetur diutius absfuturus ac uellem. Catullus:

Illi non minus ac tibi

Pectore uritur intimo

Flamma, sed penite magis. Horatius:

Inachia langues minus ac me. Idem:

His me consolor uicturum suauius, ac si

Quæ

Questor anus, pater atq; meus, patruusq; fuissent.

Plautus in Mer. Amicior mihi nullus uiuit, atq; is est.

Terentius in Andria: Non Apollinis magis hoc uerum, atque hoc est. Horatius:

Arctius atq; hedera procera astringitur ilcx.

### De particula Secus, cum Ac, Atque

#### Quam coniuncta.

Plautus in Captiuis: Ne me secus honores, quam ego te.

Cicero de Orat. Me nō multo secus facere, cum de oratore disputem, ac facerem, si esset mihi de histrione dicendum.

Idem pro Lucio Muræna: Nō secus ac si meus esset frater.

Ibidem: Non dixi secus ac sentiebam.

Idem Attico: V elimin domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus ac si ipse addesses.

Idem pro Plancio: Cuius ego salutem non secus, ac meam tueri debeo.

Idem de Oratore: Sed paulo secus à me, atq; illo, distributa.

Ibidem: Sed aliquanto secus, atq; in tradenda arte dici solet.

Idem de Natura decorum: Quoniam cœpi secus agere, atq; initio dixeram. Vergilius:

Haud secus atq; alto in luce. Idem:

Haud secus, ac iufsi faciunt.

Labeo de acquirendo rerum dominio, l. Si epistolam: Non secus atq; incontinenti agro.

### De particula Aliter, cum Ac, Atque, coniuncta.

Plautus in Truculento: Sed longe aliter est amicus, atque amator.

Terentius in Adelphis: Nunquam te aliter atq; es, in animalium induxi meum.

63 Idem

*Idem in Haut.* Aliter tuum amorem atque est accipis: nam & uita est eadem, & animus erga te idem, ac fuit.

*Var. de Lingua Latina:* Aliter atq; in reliquis dicitur.

*Idem de Re rustica:* De emptione aliter dico, atq; facio.

*Idem:* Aliter quadrigarius, ac defultor.

*Ibidem:* Nec multo aliter tuendum hoc pecus in pastu, atq; ouillum.

*Idem de Lingua Latina:* Hoc nunc aliter sit atq; olim.

*Ibidem:* Quædam aliter olim, ac nunc.

*Cicero de Oratore:* Urbana etiam disimulatio est, cum alia dicuntur, ac sentias.

*Ibidem:* Cum aliter sentias, ac loquare.

*Idem pro P. Sylla:* Torquatus rursus in me irruit, me accusat, aut aliter ac dictum est, in tabulas publicas retulisse.

*Idem in Partitionibus oratorijs:* Casu cum aliter cecidit, ac speratum & putatum sit.

*Idem in Sallustium:* Neque enim qui ita uiuit ut tu, aliter ac tu, loqui potes.

*Idem de Oratore:* Aliter dicenda, ac intelligerentur.

*Idem de Offic.* Aliter de illis, ac de nobis iudicamus.

*Cæsar in Comment.* Sed ratio ordoq; agminis aliter se habebat, ac Belgæ ad Nervios detulerant.

*Ibidem:* Coactus est aliter, ac superioribus annis exercitum in hybernis collocare.

*Cicero pro Sexto Roscio Amerino:* Aliter causam agi, atq; ille existimaret.

*T. Liu. ab Vrb. cond.* Lōge aliter patres, ac plebē affecere.

*Cicero ad Pontifices:* Proinde quasi isti ut de Gn. Pompeo aliter atq; ego existimo, sentiant.

*Ibidem:* Dubitans, timens, habens omnia aliter, ac uos in monumentis habetis, & pronunciarit & fecerit.

*Idem*

*Idem de arte Rhetorica:* Aut aliter hoc in sermone, atque in dicendo sit utendum.

*Ibidem:* Cum aliter quid accidit, atque hi qui arguuntur, arbitrati esse dicuntur.

*Idem de Oratore:* Mouent illa etiam, quæ coniectura explanatur longe aliter, atque sunt.

*Idem pro Tito Annio Milone:* Quam ob rem iudices, ut ad causam crimenq; aliquando ueniamus, si neque omnis confessio facti est inusitata, neq; de causa quicquam nostra, aliter ac nos uellemus, à senatu iudicatum est.

*Idem in epistola ad Seruium Sul.* Aliter cecidisse rem existimat, atq; opinatus sis.

*Idem de Finibus bonorum & malorum:* Hic loquebatur aliter, atque omnes sentiebant.

*Idem Curioni:* Sed aliter atque ostenderam facio.

*Idem pro domo sua:* Haec homines improbi ad quosdam uiros fortes longe aliter atque à me dicta sunt, detulerunt.

*Idem in Verr.* Quod iste aliter, atq; ut edixerat, decreuerit.

*Paulus de rei uend. l. Pompon.* Aliter atq; si certis religiobus possideatis.

*Vlpianus de seruitutibus, l. Quoties:* Nihil agitur aliter, atq; si concedas, mihi ius tibi non esse in fundo tuo.

*Idem, quando dies, ex cl. Qu. inquam:* Semel cedit dies aliter, atq; si cui in menses singulos, uel in dies, uel in annos singulos quid legetur.

*Idem de heredibus instit. l. Circa eos:* Celsus lib. x v. ff. probat aliter, atque in illa institutione.

De particula Contrà, cum Ac, Atq;, Quam, coniuncta.

*Cicero pro Corn. Balbo:* Si denique aliud quod non contrà ac licet, factum diceretur, sed contra atq; oporteret.

c 4 Idem

Idem de Oratore: Vi contrā ac dicat, accipi et sentiri uelit.  
 Idem in Verrem: Si haec contrā ac dico, efflent omnia.  
 Idem de Finibus honorum & malorum: Itaque contrā est ac dicitis.  
 Idem de Divinatione: Vides tamen omnia ferē contrā ac di-  
cta sunt, euennisse.  
 Idem in Philippica x 11. Præfertim cum contrā ac Deio-  
tarus sensit, uictoria belli iudicauerit.  
 Sallustius in Catilina: Vbi uidit Catilinam contrā ac ratus  
erat, contendere.  
 Cicero pro P. Sylla: Iam enim faciam, criminibus omnibus  
penè dissolutis, contrā atq; in cæteris causis fieri solet.  
 Idem in Catil. Itidemq; iusserrunt simulacrum Iouis facere  
maius, & in excelsum collocare, contrā atq; antea fuerat.  
 Idem in Somnio Scipionis: Qui uersatur retro, contrario  
motu atq; cœlum.  
 Cæsar in Commentar. Qui contrā atq; esset dictum, pre-  
mium commisissent.  
 Cicero pro A. Cæcili. Miror te hoc in hac re alieno tempo-  
re, ex contrā quam ista causa postulasset defendisse.  
 Idem pro Cluentio: Generi sui contra quam fas erat, amo-  
re captata.  
 Idem pro domo sua: Aut quid de uestro iure, aut religione  
contrā quam proposueram, disputabos?  
 Idem de arte Rhetorica: Summa impudentia est, cum qui  
contrā quam scriptum sit, aliquid probare uelit.  
 Idem in Pisonem: Vt senatus contrā quam ipse censuisset, ad  
uestitum rediret.  
 Vlpianus de servitutibus, quod ui, aut clām, l. Prætor ait:  
Si quis contrā quam prohibetur, fecerit.  
 Idem, quod ui, aut clām, l. Si aliud: Ait Julianus, qui ante  
nuncia

nunciationis remiſſionem contrā quam prohibitus fuerit,  
opus fecerit.

De particula Proxime, cum Atque,  
coniuncta.

Cicero Dolabellæ: Non possum ego non aut proxime atq;  
ille, aut etiam æque laborare.

De particula Statim, & Confestim, cum  
Atq; Quām, Vt, coniuncta.

Marcellus de fidicommissarijs libertatibus, l. Cum fidei:  
Potest confestim ut fuerit alienatus, pccere.

Vlpianus de ædilitio edicto, l. Aediles: Iudici corum statim  
atque iudicæ factus est, omnium rerum officium incumbit,  
Martianus de officio proconsulis, l. Omnes proconsules: Sta-  
tim quam urbem egressi fuerint, habent iurisdictionem.

Paulus ad senatusconsultum Velleianum, Debitrix: Quām-  
uis statim atq; intercesserat mulier competitorat.

De particula Aequæ, & Perinde, cum  
Ac, Atq; Vt, Quām, coniuncta.

Et primo de Aequæ ac.

Plautus in Sticho: Scis tute fasta uelle æque ac tu uelis.

Terentius in Andria: Quis miser æque ac ego?

Cicero Curioni: Cui charus æque sis ac incundus, ac fuisti  
patri.

Aequæ atque.

Plaut. in Aulul. Pumex non æque aridus, atq; hic est senex.

Cæsar in Commentarij: Acqua sere latitudine, atq; ille con-  
gestus ex materia.

Cicero pro Cluentio: Æque posthac, atq; illum dictato-  
rium gladium pertineſcamus.

Idem pro Sexto Roscio Amerino: Æque turpe atq; illud,  
de quo ante dixi.

Titus Luuius ab Vrbe condita: Quos territos æque atque hostes timebat.

Aeque quam.

Plautus in Sticho: Ridiculus æque nullus est, quam dum esurit.

Idem in Aulul. Nunquam æque patri nuncium lepidum at tilit, quam ego nunc meæ heræ nunciabo.

Titus Luuius ab Vrbe condita: An est qui dubitet tribunos plebis ullis iniurijs uestris æque, quam munere pairum, in plebem offensos esse?

Aeque ut.

Cicero pro domo sua: Itaq; libetissimo prædicabo Gn. Pom peium studio & autoritate, æque ut unumquenq; usstrum, pro salute mea laborauisse.

Idem Attico: Et simul quod æque ea quæ sunt, ut ea quæ certe futura sunt, uidere non possum.

Tibullus:

Nec tibi sit mea lux æque tam feruida cura,  
Vt video paucos ante fuisse dies.

Aeque, absolute.

Teren. in Hecyra: Aeque eadem studcant uelintq; omnia.  
Perinde atque.

T. Luuius ab Vrbe condit. Perinde atque capta urbe.

Perinde ut.

Cicero pro Cluentio: Nam perinde ut opinio est de cuius cunq; moribus.

Titus Luuius ab Vrbe condit. Nec perinde ut maluisset.  
Ibidem: Perinde ut euinciret rcs.

Perinde quasi.

Cicero pro P. Quintio: Atque hæc perinde loquor, quasi ipso illo tempore, cum ic prætor iussisset ex edicto possidere.

Idem

Idem pro T. Annio Milone: Hoc chim sæpc ab istis dicitur, perinde quasi Appius ille Cæcus uiam munierit.

Idem pro Cluentio: Perinde quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim.

Idem pro cod. vñ: Perinde quasi exitus rerum, non hominū consilia, legibus vindicentur.

De particula, Pari ac Pariter, cum Ac, Atque, Vt, coniuncta.

Plaut. in Menæh. Accastor pariter hoc atq; alias res soles.

Idem in Aulul. Pariter moratus ut pater auusq; huius fuit.

Cæsar in Commentarij: Pari spatio transmissus atq; ē Gal lia est in Britanniam.

Cicero de Natura deorum: Neq; enim mihi par ratio cum Lucilio est, ac tectum fuit.

T. Liu. ab Vrbe cond. Trucidant foeminas pariter ac uiros.

Idem Luuius ibidem: Nequaquam pari ad patientia ea robo re ad Romani fuissent.

Ibidem: Amici pariter ac nunc subiecti ac obnoxij uobis minus effemus.

De particula Pro eo, cum Atque, coniuncta: quæ omittere no uî, tametsi à recentioribus dicta sunt.

Vlpianus de testametis, l. Ad testium: Si quis ex testibus nomen suum non adscripsit, ueruntamen signauerit, pro eo est, atq; si adhibitus non esset.

Idem de noui operis nunciatione, l. Prætor: Pro eo habendū est, atq; si nullo iure factum esset.

De particula in partem, cum Atque, coniuncta.

Cæsar in Commentarij: In partem iuris, atq; ipsi erant, receperunt.

De par

## De particula Idem cum Ac, Atque, coniuncta.

Plautus in Mostellaria: Eundem animum oportet mihi esse gratum, ut impetravi, atq; olim priusquam id extuli, cum illi subblandiebar.

Varro de Lingua Latina: Idem ac diceretur, aut hic lepus & hic nemus.

Cato de Reruſtica: Pomarium seminarium ad eundem modum, atq; oleaginum facio.

Ibidem: Densas eodam modo componito, atq; spiram.

Tit. Liu. de bello Punico: Ipsa re intellecturos, nequaquam idem esse, Siracusas ac Lentinos oppugnare.

Vlpianus: Si cui plusquam per legem, & c.l. Nisi dolus: No eandem causam esse decem aureorum, quos annuos tibi festes Poepiae Crispinae patronae tue reliquos proponis, atq; fuit alimentorum.

Hircius in Commentarijs: Cum se inferiores eiusdem generis ac saporis aqua dicerent uti, atq; antea confuerant.

Ibidem: Non oportere illum eodem uti uestitu, atque ipse uteretur.

## De particula Iuxta cum Ac, Atque, Mecum, I ecum, &amp;c coniuncta, &amp;c quandoque absolute posita.

Varro libro secundo Rerum rusticarum: Feminas iuxta ac mares habere solebat.

Cicero in oratione qua gratias agit post redditum: Officijs iuxta ac si meus frater esset, sustentauit.

Sallust. in Iugurth. Proprieta transuersis itineribus, quotidie castra mouere, iuxta ac si hostes adeffent.

Plaut. in Asina. Dixit tibi mater, iuxta mecum rem tenes.

Idem in Aulu. Dixi tibi nunc, iuxta rem mecum tenes.

Sallu-

Sallustius in Catilin. Nunc uero quo in loco res sitae sunt, iuxta mecum omnes intelligitis.

Plautus in Persa: Iuxta tecum, si tu nescis, nescio.

Ibidem: Iuxta tecum & que scio.

Sallustius in Iugurthino: Iuxta boni malitijs, strenui et imbecilles multi obruncati sunt.

Ibidem: Neq; loco, ncq; mortali cuiquam aut tempori satis credere: ciues ac hostes iuxta metuere.

Ibidem: Hyeme & aestate iuxta pati.

Ibidem: Plebi patribusq; postquam iniuria decesserat, iuxta charus.

T. Liuius ab Urbe condita: Absentium bona iuxta, atq; interemotorum diuisa fuerunt.

Ibidem: Trucidant inermes iuxta atq; armatos.

Idem de bello Punico: Natales socij iuxta effusi, ac si insulas preda rentur.

Idem ab Urbe condita: Iuxta hyeme atq; aestate bella gerere posse.

Idem de bello Macedonico: Humanum genus, uestrum non men imperiumq; iuxta ac deos immortales, iampridem in-tuetur.

## Alter.

**Q** uanta est in multis bonarum literarum inscritia? quam incipie, deus bone, et ineleganter nonnulli dum se Latine loqui putant, nouitatibus gaudent? Quis non dicit, Vnum et duo? Primum et secundum? equis non dicit, Vicesimoprimo die? Semel et bis? At uidere licet, uel ex his quae subiecti, quantum ab illa uera, germanaque Latina lingua defecerint, et quantum loquendi dicendi, mutauerint genus, na perfectissimo illo seculo, no Vnu et duo, sed Vnum et alteru: non semper Primu et secundum sed

sed frequentius Primum & alterum: non Vicesimo primo die, sed Altero & vicesimo die: non Semel & bis, sed Semel & iterum dicebant. Qui uero dixerunt Vnum aut alterū, significare, unum aut duo: uel Vnum & alterum, significa re, unum & duo, uel de duobus Vnum alterum semper dici, in eadem erroris nauis versati sunt: nam Vnus & alter, modus erat proprius loquendi: Vnus aut duo, non proprius: & Vnus aut alter, & Primus & alter, de duobus non sem per, sed aliquando dicebatur. Quandoque uero Alter & alter, loco utriusque dicebatur, ut infra melius videbitur.

Terentius: Venit unus & item alter.

Cicero Attico: Quid enim est tatum in uno aut altero die?

Idem pro Aulo Cluentio: Vnus & alter dies intercesserat, cum res parum certa iudebatur. Et paulo post: Qui cum unum iam & alterum diem desideraretur.

Ibidem: Habetur una & altera cōcio uehemens & grauis. Idem in Verrem: Rex primo nihil metuere, nihil suspicari, dies unus & alter, plures: non refertur.

Ibidem: Vnum & alterum mensem, prope annum, deniq; domi iuxta pyrata aliquo tempore capti sunt.

Ibidem: Tum repente iste pestes citari uebet, dicit unus & alter breuiter.

Idem Appio Pulchro: Si quem tibi item unum alterum/ue diem abstulerit: Vergilius;

Iamq; dies, alterq; dies proceſſit.

Ouidius in Sappho:

Et sub ea uersus unus & alter erit. Catullus:

Quām ueniens una atq; altera rursus hyems.

Horattius in Sermonibus:

-Ducendus comes unus & alter. Ibidem:

-Nc si hafer unus & alter.

Idem

Idem in Epistolis:

Si uersus paulo concinnior unus & alter.

T. Liuius ab Urbe cond. Vno aut altero abrepto.

Ibidem: Bellum in Sicilia iam alterum annum geritur.

Ibidem: Vni aut alteri militi.

Idem de Ecl. Punic. Vno aut ad summum altero pretio.

Idem pro Gn. Plancio: Quorum alter excrcitum perdidit, alter uendidit: cōptis prouincijs, à senatu, à repub. à bonis omnibus defecrant.

Idem pro Lucio Muræna: Neq; in uno aut altero animaduersum est.

Vlpianus de iudicijs, l. Nonnunquam: Post unum uel alterum.

Idem de ædilitio edicto, l. Quis fit fugitiuus: Idem ait, nec eum qui ad fugam gradum unum alterum/ue promouit, esse fugitiuum.

Idem de noui operis nunciatione, l. Stipulatio: Non si unum uel alterum cementum fuerit positum.

Alphen. de iudic. l. Proponcbatur: Si unus aut alter.

Quo loco multi post illud Ciceronis diuinum seculum, depravato dicendi genere ferre semper dicunt Primum & secundum. Veteres illi (ut diximus) plerique Primum & alterum dicebant.

Cato de Re rustic. Prima est lenis, altera est crista.

Cicero in Verrem: Alterum, tertium, quartum: permulta erant eiusmodi nomina.

Ibidem: Primo die testium tanto numero citato, alter dies & amicis istius, & defensoribus, tertius dies sic hominem prosterueret.

Idem pro A. Cluentio, Vnum, alterum, tertium, annum Saxia quiescebat.

Idem

Idem in Tusculanis: Primam posuit eam, de qua modo dixi, que orta esset ex præfensione rerum futurarum: alteram, quam ceperimus ex magnitudine commodorum.

Idem de Natura deorum: Vnus is modus est, de quo satis dixi, qui est suscepitus ex præfensione rerum futurarum, alter ex perturbationibus tempestatum, tertius ex commodi- tate rerum.

Idem in secunda Philip. Proximo, altero, tertio, deniq; reli- quis consecutis diebus. Horatius:

Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro

Tertia succedant.

Videre etiam licet quanta sit uenustas in ijs dicendi mo- dis, Alterum tantum, Tria tanta, Sexcenta tanta, Bis tanta. Plautus in Epidico: Imo etiam si alterum tantum perdun- dum est.

Idem in Bacchid. Alterum tantum auri non mercam.

Cicero de Oratore: Ut necesse sit partem pedis aut æqua- lem esse alteri parti, aut altero tantum, aut sejqui esse ma- iorem.

Calistus de iure fisci, l. Non intelligit: Totum cum altero tanto cogitur solucre.

Sæuola de alimentis, l. Libertis: Eo amplius alterum tan- tum, quantum singulis in numero præter cibaria et ue- stiaria, dari uoluit.

Titus Liuius ab Urbe condita: Alterum tantum ex Latino delectu adiiciebatur.

Plautus in Trinummo: Tribus tatis illi minus redditis quam obserueris.

Idem in Bacch. Sexcenta tanta reddam, si uiuo, tibi.

Idem in Pseudolo: Quasi mihi non sexcenta tanta solent credier.

Idem

Idem in Mercat. Imo bis tanto ualco quam ualui prius.

Idem in Amphitryone: Bis tanto amici sunt inter se, quam prius.

Varro libro tertio rerum rustic. Ea pars reddiderit eo an- no bis tantum, quam tuus fundus.

Hircius in Commenta. Accedebat propè alterum tantum.

Ibidem: Peditum ac leuis armaturæ quater tantis.

His subijciam autoritates de modo dicendi, quem præpo- sui de Altero et uicesimo, et his similibus: quamvis defi- ciente iam prisco illo eloquentiae candore, Tit. L. et eius aequales, ac illis succedentes, Vnum et uiginti quandoque etiam dixerunt. Sed primum meliora, deinde de fece haurie- mus, ut plane quod interest differens, appareat.

Cic. pro Cornif. Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero et uicesimo die (ut dicebat) reddidit.

Idem pro Milone: (ubi particulam Alter, postponit, cum superius eam præposuisse) Centesima lux est haec ab interi- tu P. Clodij, et opinor altera.

T. Liuius ab Urbe condita: Anno tricessimo altero, quam condita Roma erat,

Idem tandem mutato aliquantulum dicendi genere, ibidem dixit: yna et uiginti legionibus eo anno defensum impe- riuum Romanum est.

Et ibidem: Signa unum et triginta capta. Paulo post: Vnum et triginta oppida ceperunt.

Idem seruauere elegatiſimi illi uiri in aduerbijs, Semel, Iterum, Tertium, ut suprà diximus: quo loco ineptissime di- cunt, Semel, Bis, Teruel, Scencl, Secundo, Tertio. Cicero in Bruto: Antistius Riso sepe dicebat, minus sepe Pöponius, raro Carbo, scencl aut iterum Philippus,

Idem de Divinatione: Quod scencl ille, iterumq; neglexit.

d Ibidem

Ibidem: A senatu ludos illos iterum instauratos, memoriae proditum est.

Cicero de Natura deorum: Venereum iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertium.

Vlpianus de receptis arbitris, l. Labeo: Post causam semel atq; iterum tractatam.

Titus Luivius ab Urbe condita: Iulium ter, Virginium iterum apud Marcum Licinium inuenio.

Ibidem: Iterum ac tertio uenisse tradunt.

Idem de bello Punico: Ter perditæ patriæ sustinendum crimen est, semel cum defectionem iniisti ab Romanis: iterum, quum pacis cum Annibale fuisti autor: tertium hodie, cum restituenda Romanis Capue mora atq; impedimentum tu es.

Ille alter, frequenti in usu apud antiquos reperitur, parum tamen hactenus obseruatum.

Cicero Attico: De illo altero, quem scribis tibi usum esse non alienum.

Eidem: De illo altero scio euidem uenire nunc nil posse.

Idem de Orat. Quid ille alter? Quid petam præsidij?

Ibidem: Nam illud alterum genus quodquod est, temporibus, locis, reis definiunt.

Sallustius in Jugurtha: Adherbalem, omnesq; qui sub imperio Micipæ fuerant, metus inuadit: in duas partes discedunt Numidae: plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum bello meliores.

Ibidem: In diuisione Numidiae, que pars Mauritaniam attingit, agro uirisq; opulentior, Jugurtha traditur, illam alteram specie, quam usu potiorcm, que portuofior, ex ædificijs magis exornata erat, Adherbal possedit.

Sed nota non semper dici, Vnum et alterum, uel Primum

num et alterum, sed quandoq; dici, Alterum et alterum, loco utriusq; ut suprà diximus.

Cicero de Divinatione: Cum duo quidam Arcades familiares iter una ficerent, et Megaram uenissent, alterum ad cauponem duerit, scilicet ad hospitium alterum.

Idem de Natura deorum: Non uides solem deum esse, lumenq; quorum alterum Apollinem Graeci, alteram Diana putant.

Ibidem: Ioues tres numerant, in Arcadia alterum patre Aethere, alterum patre Coelo, tertium Cretensem Saturni filium.

Idem in Tusculanis: Nam duæ sunt ex opinione boni, quarum altera Voluptas, altera Cupiditas.

Idem pro Publio Quintio: Que res in ciuitate duæ plurimum possunt, haec contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, summa gratia, et eloquentia, quarum alteram C. Aquili ueror, alteram metuo.

Horatius:

Fraternis animis quicquid uoleat alter et alter.

Cic. pro P. Sylla: Ita charis utrisq; est atq; iucundus, ut non alteros demouisse, sed utrosq; constituisse videatur.

Idem pro Q. Ligario: Ergo haec duo tempora carent criminis: unum, cum est legatus profectus: alterum, cum efflagitatus a prouincia propositus Africæ est: tertium tempus est, quo post aduentum Vari in Africa restitit.

Idem pro Cluentio: Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pœcuniam dedit.

Ibidem: Quam ob rem alteram partem cause sic agemus, ut nos doceamus: alteram partem sic, ut oremus.

Idem pro domo sua: Ei ciuitur duo, quos uidere improbi non poterant: alter per honorem turpisimum, alter per honestissimam calamitatem.

## Adeo.

**P**rincepis ille Latinæ eloquentiae Cicero, ac cæteri eius etatis autores, ut reliquis omnibus, ita elegantissime particula Adeo, usi sunt, quam præ cæteris obseruatione præcipua dignam, colligendam duxi. Cui ueteres illi coniunctionem Atq; præponentes, significare eam aliquando potius, aliquando etiam, uoluerunt: ut infra aperte ostenditur.

Cicero Servio Sulpitio: Sed aliquid, atq; adeo multa afferūt de suo.

Trebonius Ciceroni: Nihil adolescentे tuo, atq; adeo nostro amabilius,

Cic. pro Plancio: Insector, posco, atq; adeo flagito.

Idem pro Cluentio: Clamore hominum de foro, atq; adeo de ciuitate esse sublatum.

Idem pro Rofcio: Hoc consilio, atque adeo hac amentia impulsu.

Idem in Verrem: Atq; adeo antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi uidentur de prouincia dignitate, ueritate, utilitate dicenda.

Idem in Catilinam: Crescit in dies singulos hostium numerus: corum autem castrorum imperatorem, ducemq; hostium intra moenia atq; adeo in senatu uidemus.

In eundem: Qui de huius urbis, atq; adeo orbis terrarū exitio cogitant.

Idem Attico: Cum Philotimo loquere, atq; adeo Terentiam habebis Idibus.

Idem in Verr. Domo eius emigrat, atq; adeo exit, nam iam antea emigrarat.

Idem in eundem: Ex Sicilia discedendum, atq; adeo fugendum esse arbitretur.

Ibidem:

Ibidem: Que si magna, atq; adeo maxima uobis uidentur, quam uarie & copiose dicantur, expectare nolite.

Ibidem: Cum magno detimento, atq; adeo exitio uectigallium.

Ibidem: At quam legem corrigit, iudices, atq; adeo totam tollit?

Ibidem: Cum hæc essent ita constituta, verres tot annis, at que adeo seculis inuentus est, qui hæc non commutari.

Plautus in Casina: Esurio, atq; adeo nunc haud parum sitio.

Terentius: Memini, atq; adeo longum est expectare.

Plautus in Amphit. Imo præter me uenio, atq; adeo tu Blepharo iudex sies.

Idem in Casina: Dum mihi uolui, huic dixi: atq; adeo dum mihi cupio, perperam iamdudum hercle fabulor.

T. Luius ab Urbe condita: Non petentem, atq; adeo absensem etiam circatum credidere.

*enbiare per sona allegari* Allegare, Legare, Ablegare.

*allegari* A llegare, Legare, Ablegare, à multis unproprie pas sim dicitur. Non enim uerbi proprietatem atten dunt, sed vulgarem errorum persequuntur. nam cum aut rem aliquem in rem suam adducere, aut citare uolunt. Allegare illum dicunt, cum Allegare sit, quasi in legationem quem rogatum pro paruis priuatisq; causis mittere: Legare, pro publicis magnisq; rebus: Ablegare uero est se ré, in exilium eiscere, aut à conspectu remouere, ut infra patet.

## Allegare.

Plaut. in Epid. Si allegasset aliquem ad hoc negotium.

Idem in Pseudolo: Pseudolus tuus allegauit hunc.

Idem in Cas. Pater allegauit uillicum, qui posceret sibi istā uxori. Et subdit: Filius autē allegauit armigerum suum.

d 3 Idem

Idem in prologo Casinae: Conseruatam uxorem, conseruit duo expetunt: alium senex allegat, alium filius.

Idem in Amphi. Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os oscillet probe.

Idem in Perse: Imò alium allegauerō, qui uendat, qui esse se peregrinum prædicet.

Terentius in Andria: Te obsecro, ut nō credas à me esse allegatum hunc scenem.

Cicero Catoni: Extremum, inquit, illud est, ut quasi diffidēs rogationi, philosophiam ad te allegem.

Idem M. Marcelllo: Si mihi tecum minus esset quām est cū tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipue diligi.

Idem pro Sexto Roscio Amerino: Nam statim Chrysogonus & ipse ad eos accedit, & homines nobiles allegat ijs, qui peterent, ne ad Syllam adirent.

Idem in Philipp. Cretensis index, isq; nequissimus, quemadmodum ad hunc reus alleget?

Q. Cicero de Petitione consulatus ad M. Tullium: Hi rogandi omnes sunt diligenter, & ad eos allegandum est, per suadendumq; est ijs, nos semper cum optimatibus de repub. sensisse.

Cicero in Verrem: Cum sibi omnes ad istum allegationes difficiles, omnes aditus arduos, ac potius interclusos uiderent.

Ibidem: Primo necessarios istius ad cum allegatos esse dicebat.

Ibidem: Petit à me Rabirius, & amicos allegat, facile impetrat, ceterum in foro Iugurthino Legare. <sup>in fratre Cato</sup> por favor mandat. <sup>por ager parte</sup>

Sallustius in Iugurthino: Legantur tamen in Africam maiores

iores natu, nobiles amplis honoribus usi.

T. Liuius de bello Macedonico: Consulē legari ad id bellum placuit.

Plautus in Amphitryone: Delegit viros primorum principes, eos legat Telebois.

Cicero pro P. Sextio: Ne isti quidem, quos legatos non modo nullo senatus consulo, sed etiam impugnante senatu, tute tibi legasti.

Idem ad Atticum: Me legatum iri non arbitrabor.

Idem ad eundem: Meam stultam uercundiam, qui legari uoluerim ante res prolatas.

Idem in Verrem utrumq; declarat cum dicit: O' dij immortales, quanta iste cupiditate, quantis allegationibus illam sibi legationem expugnauit!

Idem Aulo Cæcinne: Casium sibi legauit, Brutum Galliae prefecit.

In Verrem: Centuripini Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium.

Ablegare. <sup>c. nfra rē sāxā dō dō a lōgūx</sup>  
Plautus in Casina: Hinc adolescentem peregre ablegavit pater.

Terentius in Hecyra: Aliquò est mihi ablegandus, dum patrit Philamna.

Varro de Rustica: Pecus à prato ablegadum, & omne iumentum.

Cicero Attico: A' fratribus aduentu me ablegat.

T. Liuius ab Urbe condita: Sub tempus pueros uenatum ablegauit.

Idem de bello Punico: Ablegandum cō, unde ad nos fama accedere non posuit.

Ibidem: Deinde ubi ablegatum uelut de industria Marcum

d. + Marcl

*franchise  
aratione  
ado*

Marcellum uiderunt.

Ibidem: Nisi tota procul Sicilia ablegarentur.

Ibidem: Remotam in perpetuum, et ablegatam ab urbe, et ab repub. iuuentutem.

Ibidem: Ablegatione iuuentutis ad Veltiternum bellum.

Idem de bello Macedonico: Orare ut se extra Italiam aliquo ablegarent.

### Amplius.

**A**mplius Aduerbiū est, quandoq; Comparatiū. Aduerbiū tritū est, sed uidere licet, quā eleganter Comparatiū antiqui usi sint, in quo obscrūdū est, eos quandoq; ipsum Comparatiū non solum ablatiō, sed etiam accusatiō, quandoq; et nominatiō sine particula. Quā iunxit. Quæ, et eiusmodi, qui sedulō obseruauit, et scriptis suis intermiserūt, paruo negotio elegans euadet.

Idem fecerunt de particulis, Plus, Minus, Abhinc.

### De particula Amplius, nominatiuo coniuncta.

Cicero pro Rosc. Comedo: Amplius sunt sex mensēs.

Idem in Verrem: Cum enim Syracusis amplius centum ciues Romani cognoscerent.

Cæsar in Commentariis: Inueniebat ex captiuis Sabim flumen à castris suis non amplius decē millia passuum abesse.

Hircius in Commentariis: genitiuo coniunxit cū dixit: Amplius duorum millium terga uertebat.

Tit. Liu. de bel. Pun. Amplius populi fuerunt centū uiginti.

Ibidem: Amplius sex millia hominum capta.

### De particula Amplius, accusatiuo coniuncta.

Cicero in Verrem: Qui cū amplius centum ciues Rom. haberet

haberet ex conuentu Syracusarum.

Idem ad Atticum: Qui ager, ut dena iugera sint, non amplius hominum quinq; millia potest sustinere.

Idem pro Roscio Comedo: Tu hoc nomen triennium amplius in aduersariis iacere pateris?

Cæsar in Comment. Cum ip̄i non amplius octingentos equos haberent.

Ibidem: Amplius horas quatuor fortissime pugnauerunt.

Vergilius in Bucolicis:

Treis pateat coeli spatiū, non amplius, ulnas.

Sallustius in Catilina: Quod amplius annos x x x. tribunus aut præfectus, aut legatus fuerat.

T. Liu. ab Urbe condita: Ceperunt amplius tria millia hominū.

Pompeius Lucio Domitio: Non amplius quatuordecim cohortes Luceriam coēgi.

### De particula Amplius, & Diutius, ablatiō coniuncta.

Terentius: Sexaginta annos natus es, ut conijcio, et eo amplius.

Cicero pro Roscio Comedo: Hoc nomen triennio amplius in aduersariis relinquebas.

Idem pro Lucio Flacco: Laodiceæ uiginti pondo paulò amplius.

Idem pro Caio Quintio: Annum, et eo diutius post mortem Caij Quintij.

Cæsar in Comment. Quæ castra, ut fumo atq; ignibus significabatur, amplius p.issimum millibus octo in latitudinem patabant.

Ibidem: Millibus amplius quingentis in longum patet.

Cælius Ciceroni: Amplius quadraginta diebus manſit.

d 5 T. Liu

T. Lilius ab Urbe condita: Pugnatum amplius duabus horis est.

Idem de bello Pun. Vietti amplius ducenti cecidere.

### De particula Plus, ablatiuo, accusatiuo, & nominatiuo iuncta, & primum de ablatiuo.

Terent. in Heccy. Dies x x x. aut plus eo in naui fui.

Cicero pro Publio Quintio: Ac tecum plus anno uixit in Gallia.

Idem pro Plancio: Non possum dicere cum p̄fuisse, neq; possum negare eum abfuisse, sed non plus duobus aut tribus mensibus.

T. Lilius de bello Pun. Ab utraq; parte sexcentis plus pedibus, & dimidium eius equitum cecidit.

Ibidem: Fama tenuit haud plus fuisse modio.

Ibidem: Non plus unum Romanorum amississe.

### De Plus iuncta accusatiuo.

Cato in Re rustica: Ne plus quatuor digitos transuersos emittant.

Cælius Ciceroni: Hic multum ac diu ludetur, atq; ita diu, ut plus biennum in his tricis moretur.

Vitruvius: Ita à pariete d̄stant, ut ne plus pateat palmum.

Idem: Disponantur inter se, ne plus spatiū habentes pedes binos.

Idem: Dum ne plus inter duos nodos alligationibus binos pedes distent.

T. Lilius de bello Maccdonico: Aberat acies corum paulò plus quingentos passus.

### De Plus iuncta nominatiuo.

T. Lilius de bello Maccdonico: Plus quinquaginta hominum cederunt.

Ibidem

Ibidem: Paulo plus trecenta uchicula missa.

Idem de bello Pun. Hominum eo die caesa plus duo millia.

Ibidem: Plus tamen duo millia hostium eo die caesa.

Ibidem: Plus decem nullia capta.

### De particula Minus, nominatiuo, accusatiuo, & ablatiuo coniuncta, & primum de Nominatiuo.

Cicero in Verrem: Ius&tit ut quæ statuae C. Verris ipsius & patris & filij essent, eas questores demoliendas locarent: dumq; ea demolitio fieret, senatores triginta non minus adcesserint.

T. Lilius de bell. Pun. Minus duo millia hominum effugerunt.

Ibidem: Haud multo minus quam mille capta.

Idem: Hispani paulò minus mille homines pacti, transfulerunt signa.

### De Accusatiuo.

Idem: Nunquam nix minus quatuor pedes alta iacuit.

Vitruvius: Aluci autem latitudo inter parietem & pluteum non minus sit pedes senos.

### De Ablatiuo.

Cicer. pro Lucio Flacco: Ante pedes praetoris in foro expensum esse auri pondo centum paulo minus.

Cesar in Comment. Minus horis tribus millium pedum xv. in circuitu munitionem perfecerunt.

Ibidem: A' millibus passuum minus duobus castra posuerunt.

Vitruvius: Cum non minus tribus corijs fuerit deformatum.

Obseruatum item est in aduerbio Ab hinc, quandoq; ablatiuo, quandoq; accusatiuo iungi.

Terentius in Andria: Ab hinc tricentum ex Andria comugra

migravit huic viciniae.

Cicero pro Cor. Balbo: Etenim si Gn. Pompeius abhinc annos quingentos fuisset.

Idem in Verrem: Horum pater abhinc duos et uiginti annos mortuus est.

Ibidem: Quæstor C. Papyrio consule fuisti abhinc annos quatuordecim.

Idem in Philipp. Etenim si abhinc annos propè xx. hoc ipsis in templo negauit posse mortem immaturam esse consulari, quanto uerius nunc negabo seni?

Idem de Diuinat. Demosthenes quidem, qui abhinc annos propè quadringentos fuit. Horatius:

Scriptor abhinc annos centum qui decidit.

### De Ablatiuo.

Cicero pro Roscio Comedo: Criminatio tua, quæ est, Rosciū cum Flauio pro societate decidisse, quo tempore abhinc annis quindecim.

Idem Attico: Pro Cor. me abhinc annis amplius xxv. spondisse dicit.

Flauius Alphænus de iudicijs, I. Proponebatur: Qui abhinc centum annis fuisset.

### Accipere uulnus.

**H**ic quoq; loquendi modus non est pretercundus, quo hætas illa aurea Ciceronis utebatur. Cum enim aliquis uulnerabatur, Accipisse eum uulnra, Romano dicendi more dicebant. Notandi sunt etiam et alij modi loquendi ab hoc uerbo Accipio profecti: ut, Accipere cladem, Accipere iniuriam, Accipere detrimentum, Accipere conditionem, Accipere hospitio, Accipere plagam: Male acceptus, Bene acceptus, et huiusmodi.

Cicero in Philipp. I. pscq; Caius Pansa consul Imper. cum inter

### DE MOD. LAT. LOQ. VEND.

inter media hostium tela uersaretur, uulnra accepit.

Idem pro Milone: Primum illud uulnus accepit, quo teterri man mortem obiret.

Idem in Catilinam: Ille tum graue uulnus accepit.

Idem in Verrem: Si illum locum aperimus suspicione aut criminis, accipendum esse statim uulnus.

Idem Bruto: Panja fugerat uulnibus acceptis, que ferre non potuit.

Idem Ser. Sulpit. Nunc autem accepto hoc tam gravi uulnre, etiam illa quæ consenuisse uidebantur, recrudescent.

Idem Quinto fratri: Cum Sextius multis in templo Castoris uulnibus acceptis, subsidio Bestia servatus esset.

Cæsar in Comment. Cum circumuentus multis uulnibus acceptis cecidisset.

Ibidem: Quoru alter, accepto uulnre, occupatus per suos, pro occiso sublatius est.

Vergilius:

Vulnraq; illa gerens, quæ circa plurima muros

Acceptit patios. Idem:

Sed neq; uim plumis ullam, nec uulnra tergo

Accipiunt. Ouid. de Fastis:

Diffugunt hostes, in honestaq; uulnra tergo

Accipiunt.

Ser. Sulpit. Ciceroni: Nunciauit M. Marcellum collegā nostrum post coenæ tempus à Publio Magio Chilone familiae eius pugione percussum esse, et duo uulnra acceptisse: unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem.

Cicero pro Publio Sextio: Tribunum plebis uiginti uulnibus acceptis, iacentem moribundumq; uidisti.

Idem pro P. Sylla: Accipit P. Sylla iudices uulnus uchemēs et mortiferum.

Idem pro Gn. Plancio: Cum persecuerantiam sententiae sue, non

nō salutē recipit, retinuit, tamen ob illam, qua illud uoluntariorum uulnus accepit, iustissimos omnium Metellorum constantia, et clarissimos triumphos glorie laude superauit. T. Luius ab Urbe condita: Vulnere accepto, egre à circunstantibus crepus est.

Ibidem: Multa uulnera accepta.

Idem de bello Pun. Sub caudis quā maxime mollis cuius, uulnera accipiunt.

Ibidem: Cum multa Romani milites deciperent uulnera.

Idem ab Urbe condita: Plures uulnera accipiunt.

Ibidem: Plura accipiunt, quam inferunt uulnera.

Vlpianus de Senatus cons. Syllaniano, l. Cum alter: Aut alia uulnera isti acciperunt.

### Accipere plagam.

Varro de Re rustica: Si qua in tonsura plagam accepit, eū locum alligat pice liquida.

Cicero Attico: Atq; ille locus inductus est à me diuinitus, ne una plaga accepta P.C. conciderent.

Idem Tironi: Maximam plagam accepit, quod is qui summan autoritatem in illius exercitu habebat Titus Labienus eius socius sceleris esse noluit.

Eidem: Nihil video quod sperandum putem, iure præsertim cum ea plaga in Asia sit accepta.

Idem de Fato: Eam plagam potius accipiam, quam fato omnia fieri comprobem.

Idem in Verrem: Tu inquam tantam plagam tacitus accipere potuisse.

### Accipere cladem.

T. Luius ab Urbe condita: Post acceptam proximae pugnae cladem.

Ibidem: Ex insidijs prope magna accepta cladem.

Accipere

### Accipere iniuriam.

Cicero in Verrem: Nulla priuatim accepta iniuria.

Idem Quinto fratri: Qui accepta iniuria, illa spectacula querebat.

Cæsar in Comment. Ne quam noctu oppidanī à militibus iniuriam acciperent.

Plautus in Mercatore: Ad coenam uocat, uenio, decumbo, acceptus hilare atq; ampliter.

Idem in Cistellaria: Ita lepide nitideq; in prandio accepisti apud te, ut semper meminerim. Et subdit, Ita hodie hic accepti sumus suauibus modis.

Varro de Lingua Latina: Ita in prandio nos lepidc, nitidq; accepisti.

Idem de Re ru. Et me absente patrono, hospitio accipiebat.

Idem: His omnibus ita acceptis, uel compositis, præcipua cura domini requiritur.

Cicero de Orat. Ego uero atq; hilare acceptus inquit.

Plautus in Amphitryone: Aduenientem hic me hospitio pugne accepturus est.

Idem: Familiaris accipiere faxo haud familiariter.

Vergilius: Accipit hospitio.

Cicero in Somnio Scipionis: Post autem regio apparatus accepti, sermonem in multam noctem produximus.

### Male acceptus.

Cicero in Verrem: Epicrates homines multis uerbis male acceptos dimisit.

Ibidem: Male accipit uerbis Rabonium.

Lentulus Ciceroni: Exclusus enim Antiochia Dolabella, et in oppugnando male acceptus, nulla alia confusus urbe, Laodiceam, qua est in Syria ad mare, se contulit.

Hircius in Comment. Itaque aduersarij male accepti, tum demum

demum præsidia contulerunt.

Brutus Ciceroni: Recurri ad meas copolas (sic enim eas uere appellare possum) sunt enim extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessimè acceptæ.

### Accipere conditionem.

Cæsar in Commentar. Respondi non esse consuetudinem populi Romani, accipere ab hoste armato conditionem.

### Accipere detrimentum.

Ibidem: Quod detrimentum culpa & temeritate legati sit acceptum.

Cicero pro lege Manil. Nam in ceteris rebus cum uenit calamitas, tum detrimentum accipitur.

Ibidem: Neque eos quicquam aliud assequi classium nomine, nisi ut detrimentis accipiendo maiore affici turpitudine uideremur.

### Accipere dolorem.

Cicero pro domo sua: Accepi pontifices magnum atq; in credibilem dolorem.

### Accipere beneficium.

Cicero de Prouincijs consularibus: Sed non is solum gratus esse debet, qui accepit beneficium: uerum etiam is, cui potestas accipendi fuit.

### Aſſignare, Tribuere, Attribuere,

#### Adscribere.

**P**leriq; post Ciceronem autores uerbum Imputo dixerunt nouo & commentatio uerbo. Antiquiores uero doctissimi, & clarissimi viri, quos nunquam satis laudare possumus, non Imputo, sed Aſſigno, Adscribo, Tribuo, Attribuo, dicebant: ut inſtr̄ patebit.

### Aſſignare.

Cicero Aulo Cecinæ: De quo quicquid detrahás, necesse eſt,

eſt, aut infirmitati, aut inuidiæ aſſignetur.

Idem pro Tito Annio Milone: Nec postulatur, ut si mors P. Clodii ſalutis uerba fuerit, idcirco eam uirtuti Milonis potius quam P. R. felicitati aſſignetis.

Idem ad Quintum fratrem: Improbitati et sceleri meo potius, quam impudentiae misericordiae q̄d aſſignes.

Idem Attico: Si perturbatione eſt, tibi aſſignato.

Eidem: Quoquo modo uero feſtis habeat, nihil aſſignabis nec patriæ, nec patri.

Idem in opere quod inscribitur Brutus: Hæc ſi minus apta uidentur huic sermoni Brute, Attico aſſigna.

Idem pro Caio Rabirio Posthumo: Nec uero id huiusmodi quicquam, ſed tempori aſſignandum putauit.

T. Liuius de bello Macedonico: Flēs petiſt, ne unius amētiam cipiuitati aſſignaret.

### Tribuere.

Idem in Bruto: Peto à te, ut id non modo negligentie meæ, ſed ne occupationi quidem tribuas.

### Attribuere.

Idem de Oratore: Hoc ſi tu cupidius factum existimas, Cœſari attribuēs.

Idem de Natura deorum: At nonnunquam bonos exitus habent boni: eos quidem attribuimus ſine illa ratione dijs immortalibus.

Idem in Verrem: Quis iſthuc Apronio attribuebat?

Idem: Omnes id Verri tunc attr. buebant.

Ibidem: Dicerem hoc totum mihi eſſe attribuendum iudiccs, ſi illi unquam à me hoc poſtulafferent.

Ibidem: Ut alij cauſam calamitatis attribueret.

Ibidem: Dico aut omnes extra culpm fuisse: aut ſi uni attribuenda culpa fit, in eo maximam fuisse.

e

Quām

## Quām.

**Q**uām elegans est, & plenus Romani candoris hic quoq; dicendi modus, quem pauci obseruare studuerunt. Nam quis est nostrorum, qui non dicat: Nouem annis postquam hoc ueni, Nouem annis antequam Roman eſſem ingreſſus? Qui modus loquendū, et si Latinus dici potest, elegans tamen, & eruditus illius ſeculi dici non potest, quo ſeculo ita dicebant: Post nouem annos, quām hoc ueni: Ante nouem annos, quām Roman eſſem ingreſſus. Et cum dicebant, Nouem annis ante uel Nouem annis post: raro ſubiungebant Quām, ſed postponebant, ut in frā colligetur.

Cato de Re rustica: Poſtridie, aut poſt diem tertium, quām lecta erit.

Ibidem: Poſt annum tertium quām ſeu riſ incendito.

Cicer Attic. Quatuordecim annis poſt, pr̄etor eſt factus Tuditianus, quām consul Mumius.

Idem de Oratore lib. I. Poſtero igitur die, quām illa, erant acta.

Idem contra Rullum: Cum multis annis poſt petiſſent, quām pr̄etores fuiffent.

Cice filius Tironi: Aliquando uenerunt poſt diem quadragesimum et ſextum, quām a nobis diſceſſerant.

Cesar in Commentarijs: Poſt diem quartum quām eſt in Britanniam uentum. Catullus:

Smyrna mihi Cinna nonam poſt deniq; meſſem  
Quām coepit eſt, nonamq; edita poſt hycmem.

Hircius in Coment. Poſt diem tertium quam Afriča attigit.

Aſconius Pædianus: Poſt nouem deinde annos, quām ſublatu erant.

Ibidem: Poſt diem tertium, quām Cato eſt abſolutus.

Idem

Idem: Poſt diem autem quartum, quām poſtulatus erat Scaurus.

Idem: Poſt diem tricesimum ferē, quām erat Clodius occiſus.

Ibidem: Ante ſexdecim annos, quām hāc dicta ſunt.

Idem: Poſt pauculos statim dies, quām inierat tribunatum.

Idem: Poſt ſeptimum annum, quām Carthaginēſibus bello ſecondo data eſt pax.

Idem: Hāc oratio dicta eſt L. Cæſare & Figulo consuliſbus, poſt annum quām pro Cornelio dixerat.

Idem: Ante annum quām hāc dicerentur, acta eſt.

Paulus de Nautico foenore, l. Foenator: Si nauis poſtea perierit, quām dies praefinitus periculo exactus fuerit.

Vlpianus de manuſiō. l. Qui duos: Poſt annum quām moriar, liber eſto, & ſubdit: Poſt annum quām hoc teſtamentum factum ſucrit.

Papinius de Pecculio caſtreñi, l. Pater: Quod si filius poſt annum, quām militare deficit, iure communi teſtamento factō, uitæ deceſſerit.

Martianus de Nuncribus, l. Reus: Poſt annum quām reus delatus eſt.

Scenula de Legatis in uxore: Poſt annos cōplures, quām facit teſtamentum.

T. Liuſ uero, labente iā in deterius Latino illo cādo re, absolute abſq; aliqua particula poſt, utitur, ut ab Urbe condita: Septimo die, quām profeſtus erat in caſtra, redit.

Ibidem: Lilybæum tertio die, quām profeſtus inde erat, rediit.

Ibidem: Tertiodecimo die, quām profeſtus cratinde, Lilybæum reuectus.

Idem de bello Punico: Octauo mense quām cōpum opere pugnari

pugnari,captum Saguntum.

Idem ab Urbe condita: Die uigesimo quam creatus erat, dictatura se abdicavit.

Ibidem: Quadragesto anno , quam urbs Romana condita erat;quinto tricesimo,quam a Gallis recepta.

Idem de bello Maccdonico: Altera die quam a Brundusio soluit.

Ibidem:Die tertio quam petierant.

Ibidem:Anno x x x.altero quam condita Roma erat.

**Amabo.**

**A**mabo, quæ interieatio amantis est, Poëtæ illius singularis seculi, quandoq; cum pronomine, interdum absolute, quandoq; non ad unum, sed etiam ad plures: Oratores uero, & qui solutam scripserunt orationem, longe aliter usi sunt, ut Ama me, Amabo te, frequenter dicent.

Plautus in Menæh. Amabo mi Menæhme.

Idem in Persa: Dic amabo.

Idem in Rudente: Quò amabo ibimus?

Ibidem: Ite inquam domum amabo.

Idem in Truculento: Properate, afferte mensam amabo.

Idem in Mercat. Amabo accastor mi senex eloquere.

Idem in Menæmis: Pallam illam, amabo, quam tibi dum dedi, nubi cam reddo.

Idem in Sticho: Qui amabo pater? Catullus:

Amabo mea dulcis Iphilla.

Cicero Caſſio: Et amabo te: cum dabis posthac aliquid domum literarum, mei memineris.

Idem Attico : Noſtra autem negotia, quoniam Romæ commoraris, amabo te explica.

Eidem: Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe.

Eidem

Eidem: Ama me, non libenter uidi, sed modo succenset, modo gratias agit.

Eidem: Expecta amabo te.

Idem Quinto fratri: Amabo te mi frater, nisi uno meo facto, & tu, & omnes mei corruistis.

Idem Attico: Sed amabo te, nihil incommodo ualeſtudinis feceris.

Eidem: Macte, sed amabo te, perfice mihi totum negotiū.

Idem Curioni: Sed amabo te, cura & cogita nihil noui: sed illud idem quod initio scripti.

Idem Quinto fratri: Amabo te, aduola, consolabor te.

Idem Attico: Cura, amabo te, Cicronem nostrum.

Cælius Ciceroni: Amabo te, si quid quod opus fuerit Ap- pio facies, ponito me in gratiam.

Ibidem: Amabo te, impera tibi, hoc curare soles libenter.

**Abdo.**

**N**emo est ferè, qui ignoret Abdere quid significet, modum tamen loquendi, quo eo uerbo doctissimi illi Ro manæ lingua usi sunt, quotusquisq; est qui norit? Aliqua uero quæ ſparsa multis in locis apud eos fluunt, sub oculis subiijcere studui, ut sint legentibus preſto ad imitan dum.

Terentius in Hecyra: Rus abdidit ſeſe.

Cicero Curioni: Abdo me in bibliothecam, itaq; opera ef ficio tanta, quanta fortaffe tu ſenties.

Idem Plancio: Abdidit ſe in intimam Macedoniam, quo po tuuit longiſime à caſtris.

Idem in Pifonem: Domum ſe abdidit, inde nocte intempe ſta crepidatus, ueluti ſeruili nauem concendit.

Idem pro Milone: Cum ſe ille fugiens, in ſcalarum tene bras abdidiffet.



Ibidem: Affetti plerique principum.

Ibidem: Exercitum affectum prælio ac via nocturna excepte.

Ibidem: Affetti veienti bello reipublicæ remedio fuit.

Papinianus ad legem falcidiam, l. In ratione: Qui moriente domino, ea ualitudine affecti furant, ut eos non posse uiuere certum esset.

Sed et eius uerbi est alius quidam secretior sensus, quo meo iudicio inchoare significet.

Cicero de provincijs consularibus: Bellum affectum uideamus, et (uere ut dicam) penè perfectum, sed dita, ut si idem extrema prosequitur qui inchoauit, iam omnia perfecta uideamus.

Et in eodem: Nam ipse Cæsar quidem cur in provincia comorari uelit, nisi ut ea, quæ per eum affecta sunt, perfecta reipublicæ tradat?

### Aduersaria.

*Uentafacoma* **O** Peræ premium est non ignorare Aduersaria quæ sint, quo nomine antiqui illi multo aliter, ac vulgato sensu utebantur. Erant enim Aduersaria, quantum colligere potui, libelli ratiocinatorum: in quibus primum rationes accepti et expensi, negligenter et sine ordine scribabantur, mox in codicem diligenter prescriptæ referebantur. In qua re aduentus est hic quoque elegans dicentur.

Referre in di modis. Nam, Referre in codicem, et in tabulas dicecodicem bant, uel nomina, uel pecunias, aut res alias, cum per ordinem, ut dixi, describabant: Secus, cum in Aduersariis aliqua notabant, sine ordine, et inconfuso, et negligenter id faciebant.

Cicero in fragmento orationis pro Roscio Comedo: Non habere se hoc nomen in codice accepti et expensi relatum

relatum confitetur, sed in aduersariis patere contendit. Usque eōne te diligis, et magnifice circunspicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, sed aduersariis petas? Suum codicem testis loco recitare, arrogantia est: suarum prescriptionum et literarum aduersaria proferre, non amentia est? Quod si eandem uim, diligentiam, autoritatemque habent aduersaria, quam tabulae, quid attinet codicem instituere, conscribere, ordinem conseruare, memorie tradere literarum uetus statum? Sed si quod aduersariis nihil credimus, idcirco codicem scribere instituimus, quod ctiam apud omnes leue et infirmum est, id apud iudicem grave et sanctum esse ducetur? Quid est ergo quod negligenter scribimus aduersaria? quid est quod diligenter conficiimus tabulas? qua de causa? Quia haec sunt menstrua, illæ sunt eternae: haec delentur statim, illæ seruantur sancte: haec parui temporis memoriam, illæ perpetuae existimationis fidem et religionem ampliuntur: haec deicata, illæ sunt in ordinem confite. Atq; ita aduersaria in iudicium protulit nemo, codicem protulit, tabulas recitauit. Tu C. Piso tali fide, uirtute, gratia, autoritate ornatus, ex aduersariis pecuniam petere non auderes? et subdit: Quero quam pridem hoc nomen Fannij in aduersariis retulisti? et subdit: Cur tardius iacet hoc nomen in aduersariis? et subdit: Tu hoc nomen triennium amplius in aduersariis iacere pateris.

### Amo.

**A** Mo te multum, Valde te amo. Modus hic loquendi magnam affert Latinitati gratiam: est enim candori illi Romano proprius, nec suco aliquo inquinatus. Cicero ad Atticum de municipijs: Quod mihi polliceris, valde te amo.

Ad cūdem: Te multum amamus, quod ea abs te diligenter, paruoq; curata sunt.

Ibidem: Multum te amo, quod respondisti M. Octavio.

Terentius: Ecquid nos amas de fidicina hac?

Cicero Attico: De Randusculo Numeriano multum te amo.

### Acquiescere.

**E**T illud notavi, quod ab ijs, quos dixi, perfectissimis autoribus usurpatum est. Non enim (ut vulgus putat) Acquiescere consentire est: sed significat cum quadam animi uoluptate, quiete q; consistere in re aliqua, in qua prius in dubio aut sollicitudine animus fuisset, sicut Cicero et alij quos subieci, clare ostendunt.

Cic. in epist. ad Sulpitium: His uero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. Et subdit: Seruus quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, in primisq; hac, in qua me ego scripsi acquiescere, ita uersatur ut excellat.

Ad cūdem: Ut eius in bonis acquiescam.

Et iterum: Literis tuis lectis, aliquantulum acquicui.

Idem Attico: Acquiesco enim scribens ad te et legens tua. Eadem: Interim uelim mihi ignoscas, quod ad te scribam multa toties: acquiesco enim, et tuas uolo elicere literas.

Eidem: Sed intererat enim ubi acquiescerem.

Idem de Amicitia: Viciissim autem senes in adolescentium charitate acquiescamus.

Idem de Divinatione: Qui iam aetate prouecti, in nostris libris acquiescant.

Idem Marco Var. Artes nostrae nescio quomodo nunc ubiores fructus ferre uidentur quam olim ferebant: siue quia nulla nunc in re alia acquiescamus, siue quia gravitas mor

*præsentis  
aliorum  
et ceteris*

tas morbi facit, ut medicinæ egemus.

Idem pro rege Deiotaro: In tuo ore uultuq; Acquiesco.

### Adesse,

A Deesse nihil aliud profecto est, quam præsentem esse. **A**Architecti tamen illi Latinitatis nobiles, quandoq; Coram uel Præsentem, quandoq; utrumq; ei uerbo addebant, quo firmius opus exurget.

Plautus in Mostel. Adsum præsens præsenti tibi.

Terentius: Ac non quia ades præsens, dico.

Cic. pro domo sua: Adest præsens in singulari uirtute.

Idem in Anto. Coram aderit præsens tibi ipse, et ille quæ insimulas, pugio respondebit.

Idem de Officijs: Ad id quod adeat, quodq; presens est, paulatim se accommodat.

Idem in Ver. Adiunxit homines ex tota prouincia nobiliissimi, qui præsentes uos orant atq; obsecrant iudices.

Idem Cassio: Fit enim nescio quomodo, ut quasi coram adesse videare cum scribo.

Vergilius:

- Coram quem queritis, adsum

Troius Aeneas.

### Appositus, Apposite.

N Omine Apposito, et aduerbio Apposite, usi sunt autorum probatissimi quiq; præserimpater et eloquentiae decus Cicero, quod perinde est, ac si dicamus, aptum, accommodatum, apte, accommodate.

Varro de Re rust. Galli appositi, sed maxime ad iumenta.

Ibidem: Maxime ad id pecus appositum.

Ibidem: Est enim quod cum inquinat locum appositum ad agriculturam.

Cicero Attico: Sed etiam extrudimur, non à Plancō, ne is quidens

quidem retinet, uerum ab ipso loco minime apposito ad tolerandum in tanto luctu calamitatem.

Idem in Verrem: Menses mihi tres cum eripuissetis ad agendum maxime appositos.

Ibidem: Quia ita natus est, ita educatus, ita factus et animo et corpore, ut multo appositior ad deferenda, quam ad auferenda signa esse uideatur.

Ibidem: Homo bene appositus ad istius auaritiam.

Idem de arte Rhetor. Dicere apposite ad persuationem.

### Adhærescere.

**A**dhaerescere; tritum ubiq; et uerbum et significatum, sed non omnibus eius (uti dicunt) regimen notū.

Accusatio enim præcedente præpositione, quam datiuo, frequentius iungitur. Quæ res eo mirabilior est, quo uerbum id cum præpositione Ad, que accusatiuum requirit, cōponitur. Quod item fit persæpe in uerbis Aggredior,

*fonda parapetra* Adiungo, Adeo, Applico, Aspicio, Adrepo, et simulibus.

*scipio parapetra* Plaut. in Penul. Ne ad fundas uiscus adhæresceret.

*nobis opia talleya curon* Cic. pro Pub. Sextio: Ad columnam adhærescere.

Idem de Finibus bonorum et malorum: Ut homines ad eorum saxa discendi cupiditate adhærescerent.

Idem in Academicis questionibus: Quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adhærescunt.

Idem ad Pont. Ne in hanc tantum materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret.

Idem de Natura decorum: Quot genera, quamq; disparia partim submersarum, partim fluitantium, et innantium belluarum, partim ad saxa natius testis adhærentium?

Idem de Oratore: Et ad genus id quod quisq; uestrum in dicendo probaret, adhærescerent.

Cæsar in Comment. Hæc causa ad turrim adhæsit.

### Aggre

### Agredi.

Cicero de Natura decorum: Tum Cotta, Quia sic aggredior, inquit, ad hanc disputationem, quasi nihil unquam audiierim de diis immortalibus.

Idem pro P. Sextio: Tamen aggrediar ad dicendum.

Ibid. Non aggrediar de illa maxima atq; amplissima.

Idem de Oratore: Cum ad causam sum aggressus.

Idem pro Cornelio Balbo: Priusquam aggrediar adiutus, causamq; Cornelij.

Idem pro L. Flacco: Aggrediar iam ad singulas ciuitates.

Idem de legibus: Prius quam aggrediamur ad leges singulas.

### Adiungere, & Accedere.

Terentius in Andria: Ut animum ad aliquod studium adiungant.

Idem in Eunicho: Accede ad ignem hunc, iam calcescs plus satis.

Cic. in Philip. v 1. Cæsar se ad neminem adiunxit.

Idem de arte Rhet. Ad eam causam, qua commotum pccasse dicit, poterit adiungere.

Ibidem: Postea ad id quod definieris factum eius qui accusabitur, adiungere oportebit.

Idem in Top. Omnibus est ius, parietē directum ad parietem communem adiungere, uel solidum, uel forniciatum.

Idem in Philippica quinta: Et Pompeius ad L. Sylla maximum imperium, uictoriq; exercitum acceſſit, Cæsar se ad neminem adiunxit.

Idem pro C. Rabirio: Adiungemus ad hanc labem ignoriniamq; mortis etiam C. Marij nomen.

### Adire.

Plautus in Afinaria: Ad me adi uicissim.

Idem

Idem in Trinummo: Tute ad eum adeas.  
 Idem in Menenio: Adib o ad hominem.  
 Terentius in Andria: Quid tibi uidetur? adcon' ad cum?  
 Cicero pro lege Manilia: Qui omnium metes eorum, qui  
 ad rem publicam adcent, maxime perspicunt.  
 Idem pro Lucio Flacco: Ad quem adit?  
 Idem in Verrem: Seſe à suis ciuibis hæc habere mandata,  
 ut ad Verrem adirent.  
 Ibidem: Cæteri hæredes adcent ad Verrem.  
 Ibidem: Ut si uobis uidetur adiremus ad corum senatum.  
 Ibidem: Cum ad prætorem in ius adiſsemus.  
 Ibidem: Parti exacti etate, ex adolescenti filio addeundi  
 ad illum miserum potestatem nunquam esse factam.  
 Ibidem: Aditum est ad libros Sibyllinos.  
 Ibidem: Homines tenues obscuro loco nati, adcent ad ca-  
 loca, que nunquam ante uiderunt.  
 Idem pro Roscio Comedo: Ad arbitrium hoc animo adi-  
 mus, ut neque nihil, neque tantum quantum postulauiimus,  
 consuequamur.  
 Idem pro Sexto Roscio Amerino: Postremo isto hortato-  
 re ad Syllam legati non adiuerunt.  
 Cæsar in Commentariis: Vniuersi ad Cæsarem adierunt.  
 Tit. Lilius de bello Punico: Qui ad lacum Auerni adiſserunt.  
 Idem de bello Macedonico: Scriba ad Tribunos plebis  
 adit.

**Appicare.**

Terentius in Heauton. Hi se ad uos applicant.

**Aspicere.**

Varro libro secundo Rerum rusticarum: Simul aspicit  
 ad me.  
 Ibidem: Fundanius aspicit ad scrofam.

**Accedere****Accedere.**

Varro de Re rustica: Docent sylvestris, ad quæ sator non  
 accedit.

Ibidem: Si ad matris mammam non accedit.

Terentius in Phormione: Voluntas uox si ad poētam  
 accesserit.

Cicero pro C. Rabirio: Deinde uos Quirites, quorum po-  
 testas proxime ad dcorum immortalium accedit, oro atq;  
 obsecro.

Ibidem: Ad quem cum accesssemus, Aelius Appio sub-  
 ridens: Recipis nos, inquit, in tuum ornithona, ubi sedes  
 inter aucs.

**Adrepere.**

Varro de Re rustica: Ne mis aut lacerta adrepere ad co-  
 lumbaria posset.

**Eodem exemplo.**

**A**ccipere eodem exemplo literas. Hic quoque modus  
 Latinæ loquendi elegantijsimus est, significatque  
 quod corrupto, depravato que dicendi genere, ferè apud  
 omnes dicitur, Eiusdem tenoris, uel Duplicatas literas  
 accipere: que barbaries ita incleuit, ut proprium ue-  
 rumque, quem dixi, loquendi modum nemo item aut pau-  
 ci agnoscant.

Cicero Cornificio: Hæc ferè ad eas literas, quas eodem ex-  
 emplo binas accepi.

Idem Scruio Sulpitio: Licet eodem exemplo sepius tibi hu-  
 ius generis literas mittam.

Ibidem: Accipio excusationem tuam, qua uetus es, cur sepius  
 ad me literas uno exemplo dedilles.

Idem Trebatio: Quis solerit eodem exemplo plures dare,  
 quamquam sua manu scribit?

Idem

*Idem Plancus: Binas à te accepi literas eodam ex emplo.  
Brutus Ciceroni: Eadem ex emplo litterae à te mihi redditæ sunt.*

### Arteria.

**L**icit aliqui Latinus Arteriam, quam Venam dici putent: autoritates tamen, quas posui, opinioni eorum contraria stare uidentur.

*Cicero de Fato: Si cui uenæ sic mouentur, is habet febrem, et is febrem non habet.*

Ovidius de Ponto:

*Et iam deficiens, sic ad tua uerba reuixi,  
Ut solcet infuso uena redire mero.*

Ibidem:

*Sepe aliquem solers medicorum cura reliquit:  
Nec spes huic, uena deficiente, cadit.*

Idem in Metamorphosi:

*Saliunt tentatæ pollice uenæ.*

Persius:

*Tange miser uenas, et ponc in pectore dextram:  
Nil calct hic.*

Sabinus in epistola Paridis pro Helena.

*Dumq; suo tentat salientem pollice uenam.  
Vitrarius: Vti medicis et musicis, et de uenarum rhythmo, et de pedum motu.*

*Cornel. Celsus: Si circa frontem intentæ uenæ mouentur.  
Ibidem: Periculosisimum tum est, si uenæ quoq; ibi uehementer agitantur.*

*Ibidem: Vbi uenarum exigui, imbecilliq; pulsus sunt.  
Ibidem: Tum requirunt etiam, quare uenæ nostræ modo submittant se, modo attollant.*

*Ibidem: Sed primo quidem dic nullus humor dari debet,*  
*missi*

*nisi subito sic uenæ conciderint, ut cibus quoq; dari debeat.*

*Ibidem: Venis enim maxime credimus fallaciſima rei.*

*Ibidem: Venas autem conspectus medici mouet.*

*Ibidem: Si uene non æquis interuallis mouentur.*

*Ibidem: Vrina fallax, uena fallacior.*

### At.

**N**on caret magna elegantia hæc quoq; particula At, qua uario modo usos bonos illos autores reperimus, De qua etiæ aliqui non pauca dixerunt, eam nos uel declarare apertius, uel plura addere utile duximus. Vergilius in principio libri, et capite uersuum illam locauit:

*At regina graui iam dudum saucia cura,*

*Vulnus alit uenis,*

*Quandoq; est execrationi prævia, ut idem,*

*At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis,*

*Dij (si qua est cœlo pietas, que talia curet)*

*Perfoluant grates dignas, et præmia reddant*

*Debita.*

*Terentius in Andr. At tibi dij dignum factis exitium dent.*

*Quandoq; optantis, ut Plautus in Persa:*

*At tibi dij omnes beneficiant.*

*Aliquando geminata admirationem ostentat: ut, Plautus in Merc. At at meus hic quidem pater est.*

*Terentius in Andr. At at hoc illuc est, hinc illæ lacrymæ.*

*Horatius aliquando imprecando exclamat, et interrogat:*

*At ò deorum quisquis in cœlo regis terras,*

*Et humanum genus, quid iste fert tumultus?*

*Interdum cum admiratione laudat, uel uituperat interrogans, ut Terentius in Eunicho: Ficum factum mulier*

lici, at quem deum?

Cicero pro domo sua: At quae dea est?

Idem Pæto: Habissemus enim non hospitem, sed contubernalem: at quem virum? non eum quem tu solitus es promulsi de conficeret.

Idem pro Aulo Clu. Vna mater oppugnat, at quae mater? quam cæcam crudelitatem et scelerem ferri uidetis.

Idem pro Tito Annio Milo. Itaq; anteuertit, at quo die?

Idem pro Publio Sylla: At quos viros?

Idem pro Lucio Flacco: At quos testes?

Idem in Bruto: Gn. Pompeius Sexti filius, at quem numerum obtinebat?

Idem Attico: At quibus uerbis: et prorsus gestis amplissimis?

Quandoq; orat. Cicero pro domo sua: At uidete hominis intolerabilēm audaciam.

Idem in Verrem: At uidet hominis impudentiam atq; arrogantiā iudicis.

Interdum simpliciter interrogat: Cicero in Verrem: At per deos immortales, quid est quod de hoc dici posuit?

Nonnunquam affirmat, ut Tarentius in Eunucho: At diligenter, At mature.

Quandoq; per ironiam quandam inducitur.

Cicero in Verrem: At mores commodi, quis contumaciore? quis inhumanior? quis superior? Ad hæc sine cuiusquam malo, quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior unquam fuit?

Quandoq; saltē significat. Cato de Re rustic. Si non eodem dic, at postridie.

Cicero Curioni: Nostram suffragationem, si minus potenter, at probatam tamen et iustum.

Idem

Idem pro Lucio Flacco: Si nō propinquitatis, at etatis sue: si non hominis, at humanitatis rationem haberet.

Quandoq; idem, quod Sed, significat. Cicero Pro Tito Annio Milone: Quid porro querendum est: factum ne sit? At constat. A quo? At patet.

### Abesse bidui.

**A**besse bidui, non biduo, aut per biduum dicitur, idq; si ne alio uerbo coniuncto, liet subintelligatur itinere, aut via: sed talis erat loquendi modus.

Cicero Attico: Nos in ea castra properabamus, que aberant bidui.

Eidem: Hac dictavi sedens in rheda, cum in castra proficeret, à quibus aberam bidui.

Est hic quoq; modus loquendi apud ueteres, ut cumquid erant dicturi, quod arrogans uideri posset, quasi excusando dicerent: Abſit uerbo inuidia, id est, odium: nam quandoque eo nomine inuidia nuncupatur.

Titus Luivus ab Urbe condita: Abſit uerbo inuidia, et ciuitalia bella filcant.

Ibidem: Abſit inuidia uerbo.

Idem de bello Macedonico: Abſit uerbo inuidia.

### Abesse.

**N**ota significationis est Abesse: modus autem dicendi, qui ex eo uerbo procedit, non est prætereundus. Dicitur enim: Quid abest huic homini? Pleriq; autem mutato dicens genere, dicunt: Quid deficit huic homini? uel, Quid decet huic homini?

Cicero pro Cornelio Balb. Quid abest huic homini? quod si adesset, iure hoc et tribui et concedi putarcius.

Idem de Oratore: Quid huic abesse poterit de maxima rerum scientia?

f z Aſſignare.

Aſſignare.

**A**ſſignare, præcipue agris conuenit: cum iſ uel militibus, uel emporib⁹, aut alijs iuſſu magistratum, aut dominorum aſſignantur.

Cicero in Philipp. I. Duo millia iugerum campi Leontini Sexto Clodio rhetori aſſignasti, & quidem iniuria.

Idem Attico: Mibiq; ex agro tuo tantum aſſignes, quātum in eo corpore aſſignari potest.

Horatius:

Agros aſſignant, oppida condunt.

T. Liuius de bello Maced. Agrum eis aſſignaret.

Ad uerbum, Ad unum.

**A**D uerbum, Ad unum, id eſt, quod incipit dicunt, de uerbo ad uerbum, & uſq; ad unum.

Cicero de Finibus: Fabellas Latinas ad uerbum de Græcis expressas, non inuiti legunt.

Idem de Amicitia: De amicitia uero omnes ad unum idem sentiunt.

Vergilius:

Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad unum  
Trojanos, si quid pietas antiqua labores  
Respicit humanos, da flamمام euadere classem.  
Nunc pater,

Arbitratu meo.

**A**RBITRATU MEO frequentius dicebant, quam Arbitrio meo. Nonnulli uero contrā, ut alia bona corrupere, ut frequentius Arbitrio, quam Arbitratu dicant.

Cicero de Senectute: Eius dſputationis ſententias memoriae mandauit: quas in hoc libro expoſuit arbitratu meo.

Idem de legibus: Concedunt, ut cum arbitratu meo diligam.

Idem Attico: Arbitratu meo uiuendi.

Adiace-

Adiicere oculum.

**A**Diſcere oculum puelle, eſt certo modo loquendi id, quod peruerſe dicitur, Oculum in pueram dirigere. Cicero in Verrem: Partim plane uid. b.: ni adiectum eſſe oculum hereditati.

**A**Nimi cauſa, Officij cauſa, Verbi cauſa, Verbi gratia, Valctudinis cauſa, Honoris cauſa, & Honoris gratia, Exempli cauſa, modi ſunt loquendi, Romana eleganția referti.

Varro de Re Rustic. Honoris cauſa mensē ſuæ die festo dignetur adhibere.

Cicero pro Sexto Roscio Amerino: Alterum in urbe ſecū honoris cauſa habere.

Plautus in Amphitryone: Nunc huic honoris uestri uenio gratia.

Titus Liuius de bello Macedonico: Honoris cauſa legatos mittere.

Animi cauſa.

Plautus in Aſinaria: Sinc me amare hunc unum Argyripnum animi cauſa quicm uolo.

Idem in Circulo: Dico me illō adueniſſe animi cauſa.

Idem in Mercatore: Miser, mihi amicum paraui animi cauſa.

Varro de Rerustica: Dic aliud genus Orrithonis, qui animi cauſa conſtitutus à te ſub Cafino fertur.

Officij cauſa.

Titus Liuius ab Urbe condita: Que officij cauſa ab domo proſecutæ fuerant.

Ibidem: Scipionem officij cauſa conuenerant.

Verbi cauſa, Verbi gratia.

Cicero de arte Rhetorica: Verbi cauſa, m. iſtatem minue-

f 3 re, di

*re, dicere, aduersarium maiestatem minuisse.*

*Idem de Fato: Si quis, uerbi causa, oriente Canicula natus est, in mari non morietur.*

*Idem in Academicis: Verbi causa, tria pauca sunt, an' ne? & subdit: Sin autem usq; ad novem, uerbi gratia.*

*Idem de Finibus: Verbi gratia, propter uoluptatem.*

### Exempli causa.

*Cicer de Officijs: Exempli causa ponatur aliquid, quod patet latius.*

### Autem.

**P**Articula Autem, interiore significatio, quae si doctissimi mihi quiq; attendite, permulcet enim aures, et illis in cundissimo ueluti canitu pruriat.

*Cicer Attico: Quod ad te scriptum est à Cincio de Statij sermone, in quo hoc molestissimum est, statim dicere à me quoq; id cōsiliū probari, probari autem de isto haec tenus diximus.*

*Eidem: Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? fecissent autem? inquit quid ante aduentum meum non fecerunt?*

*Eidem: Sed ferendus tibi in hoc meus error, ferendus autē? inquit uero etiam adiuuandus.*

*Eidem: Etsi intelligis, quād meum sit scire et curare quid in republica fiat, fiat autem? inquit uero etiam quid futurum sit.*

**Q**uād elegantes dicendi modi, Ad extremum, A principio, Ab initio, A primo: quandoq; absolute sine prepositione, Principio, Initio, Primo, ab illis ueteribus introducti sunt: quorū loco incuria postea multam barbaricū suppleuit.

A' prin

### A principio.

*Cicer Attico: Sed ego à principio cum diuinare de belli diuturnitate possem.*

*Eidem: Sed hæc à principio tibi precipiens, quantum profecerim non ignoro.*

*Eidem: Nos inctip̄ qui Licurgei à principio fuissimus, quo tidie demitigamus.*

*Eidem: Ac ucllem à principio te audiuisse.*

### Ab initio.

*Eidem: Quod tibi esse et antiquissimum, et ab initio fuisse, ut primum Asiam attigisti, constante fama atq; omnium sermone celebratum est.*

### A primo.

*Eidem: Nec uero ille urbem reliquit, qui eam tueri non posset nec Italiam, quod ea pelleretur: sed hoc à primo cogitauit, omneis terras, omnia maria mouere.*

*Ibidem: Tuas nunc epistolas à primo lego, hæc me paulum recreant.*

*Eidem: Utinam à primo tibi esset uisum.*

*Idem de Finibus: Nunc uero à primo quidem mirabiliter occulta natura est.*

### Principio.

*Idem de Officijs: Principio generi animalium omni est à natura tributum.*

*Vergilius:*

*Principio cælum et terras, camposq; liquentes.*

### Initio.

*Cicer Attic. Cum id mihi propositum initio non fuisset.*

*Eidem: Me adhuc hæc duo secesserunt, initio spes compositionis.*

### Primo.

*Terentius in Hecyra: Nec illi credebam primo.*

f 4 Ad ex

## Ad extreum.

Cicero Attico: Illud te ad extreum ex oro, ex hortor.

Eidem: Aiebat illum primo Jane diu multa, ad extreum autem manus dedisse.

Eidem: Addidit ad extreum cum iam dimissa concione revocatus à Vatinio fuisse, se audisse à Curione, his de rebus conscientia esse Pisonem generum meum.

Eidem: Cui consuli non animus ab initio, non fides ad extreum defuit. Horatius:

Pecet ad extreum, ridendus, et ilia ducat.

## Alienus.

**A**lienus est idem quod Extraneus sed incuria factum est, ut Extraneo solo multi utantur. Alienus vero, penitus ab omnibus præteritur.

Terentius in Heccyr. Cum eam prosequitur alienus puer.

Idem in Heauton. Ne isthuc inducas in animum tuum, alienum esse te.

Cicero Attico: Nec utar meo chirographo, nec signo, si modo erunt eiusmodi literæ, quas in alienū incidere nolim. In eodem significato est, quod Plautus in Amphitryone dicit: Certe aedepol me alienabis nunquam, quin noster sim.

## Acutum.

**N**on id est tantummodo Acutum, quod uulgò putant, cuspide fastigiatum, ut punctum cædat: sed Acutum etiam id est, quod in aciem cæsim attenuatur. Acuere enim ferrum, est ita concinnare, ut acie bene incidat: non solum cæsim, sed etiam punctum. Retusum est, quod uel cuspide, uel acie usu nimio uel alio casu perstricta hebetatur.

Plautus in Epidico: Acutum cultrum habeo.

Cicero

ad 6a Y

Cicero de Diuinatione: Aliae ægrorum partes, que acuta ingentia gignant, aliae que retusa.

Idem in Tusculanis: At uocem ciثارœdi non audiunt, ne stridorem quidcm ferræ cum acuitur.

Vergilius:

Ferrum aciunt portis.

Idem in Georgicis:

Carduus et spinis surgit palurus acutis.

## Agere iniuriarum.

**A**gere iniuriarum, et hic elegans modus propè deferens, euocandus est. Id enim dicebatur, cum quis pro acceptis iniurijs aliquam postulabat, et coram iudice iniuriarum causam agebat.

Cicero in arte Rhetorica: Agit is, cui manus præcisa est, iniuriarum.

## Agere ad præscriptum.

Agere ad præscriptum, modus est loquendi per elegans, quo id significatur, quod agere secundum imperium, aut datam legem.

Cæsar in Commenta. Alter omnia agere ad præscriptum.

Alter libere ad summam rerum consulere debet.

## Animaduerti.

**A**nimaluertere actuum, multis obseruatum: Pagi-

um uero, quoniam omissum est, notandum duxi.

Cæsar in Commen. Animaduersum est ultimum munitionis.

Ibidem, Terrore hominum animaduerso.

Ibidem: Hac re animaduersa, Cæsar iubet signa conuerti.

Ibidem: Qua re animaduersa, Ambiorix pronunciari iubet,

ut procul tula coniijcant.

**A**ttractare.

Attriccare, de sacris præcipue dicitur.

f 5 Vergilius

Vergilius:

Tu genitor, cape sacra manu patriosq; penates.  
Me, bello ex tanto digressum ex cæde recenti,  
Atrectare nefas.

T. Luius ab Urbe cond. Quod signum more uertusto, nisi  
certe gentis sacerdos, atrectare non esset solitus.

## Animo præsentि.

**A**nimo præsentि, modus est loquendi, cum non ignauē,  
sed accurate et sedulo quid agitur.

Teren. in Eunuc. Animo hæc præsentि ut dicas.

Asconius Pædianus: Animaduertitur sensibus præsentì animo uentibus.

## Adscribere.

**A**dscribere non est (ut aliqui putant) iuxta scribere, sed  
aliquid addere, uel subiungere ad id quod scriptum sit.  
Cicero Attico: Sed cum id ad me Tullia scribat orans, ut  
quid in Hispania geratur expectem, et semper adscribat  
id uideti tibi.

Idem Ruffo: Illud me nō admīduerisse moleste ferrcm,  
ut adscriberem te in phano pecuniam iussu meo deposuisse.  
Et paulo post: Non adscripti id quod tua nihil referebat,  
ego tamen adscriptisse mallem id quod te video desiderare.  
Idem Attico: Terentia tua magnos articulorum dolores ha-  
bet, et te sororemq; tuam, et matrem maxime diligit, salu-  
temq; tibi plurimam adscribit.

## Bene uertat. Male uertat.

**M**odus est loquendi optantis, uel imprecantis, id est,  
Morare ut res bene uel male cadat.  
Plautus in Aulularia: Que res recte uertat, mhiq; tibiq;  
tueq; filie.

Idem

Idem in Capti. Que res bene uertat mibi, meoq; filio.

Ibidem: Istud dij bene uertant. Vergilius:

Hos illi (quod nec bene uertat) mittimus hædos.

## Barbarum.

Cum Greci Barbaros (Festo autore) omnis preter  
seipso dicant, loca, qua infra notauit, alter accipienda  
sunt, atq; ab plurimis interpretibus accipiuntur. Barbarum  
enim id significat, quod alienum, peregrinum, externum.

Plautus in Afrinaria: Nomen huic Graece Onagros est fabu-  
la: Demophilus scriptis, Marcus uerit barbare.

Idem in Trinum. Nam nomen Graecæ huic est Thesauro  
fabulae: Philonio scriptis, Plautus uerit barbare.

Horatius in Odis:

Sonante mixtum tibijs carmen lyra,  
Hac Dorium, illac barbarum. Idem:

Gracia barbarie lento collisa duello.

Cadere bene, male, opportune,  
commode.

Bene et male cadere, opportune et commode cadere,  
et cadere absolute, modus est loquendi, cuius loco à  
multiis dicitur, bene et male succedere, siue accidere.

Ciceró Attico: Cedit belle.

Ibidem: Quod si audirem, Athenas peterem, sanè ita ca-  
debat ut uellcm, nunc et nostri hostes ibi sunt, et te non  
habemus.

Idem de Orato. Sed hoc tamen occidit opportunc.

Ibidem: Hoc loco Sulpitius insperanti mibi, inquit, et Cot-  
te, sed ualde optanti utriq; nostrum occidit.

Idem in Verrem: Hoc adhuc percommode cadit.

Cæsar in Commentariis: Vbi tantos suos labores et appa-  
ratus male occidisse uiderunt.

Bene au-

Bene audire, Male audire.

**M**ale audire, non est (ut vulgus putat) qui obtusas audiens habens, male audit: nec econtra, Bene audire est, qui liberas habet ad audiendum aures: uerum is qui de se male, uel bene, aut rumorem de se malum, aut bonum spargi percipit.

Teren. in Phor. Benedictis si certasset, audisset bene.  
Ibidem: Si herum insimulabis auaritiae, male audies.

Idem in Hecyra: Sine me hoc effugere obsecro, vulgus quo male audit mulierum.

Cicero Attico: Non nulli amici Appij ridicule interpretantur, qui me idcirco putant bene audire uelle, ut ille male audiat.

Idem in Oratore: Non quo libenter male audiam: sed quia ego causam non libenter relinquo, nimium patiens et lentus existimor.

Ibidem: Cum Quintus Opinius consularis, qui adolescentulus male audisset: festiu homini Egilio, qui uidetur mollior, nec esset, dixisset: Quid tu Egilia mea? quando ad me uenis cum tuo colu et lana? Non pol, inquit, audeo: nam me ad famosas uertuit mater accedere.

Idem in Verr. Quae Roma magna est infamia, pretio accepto edixerat, ea sola te, ne gratis in prouincia male audires, ex edicto Sicilieni sustulisse uidco.

Idem de Finibus: Ese hominis ingenui et liberaliter educati, uelle bene audire a parentibus.

Belle habere, Bene multi, Bona pars,

Bono esse, Multo mane,

Bene mane.

**O**bseruare Latini omnes debent, et qui Latinitatis studiofi sunt, uel minima queque eorum qua Cicero et eru,

et eruditissimi illi Ciceronis aequales in operibus suis scripta reliquerunt: qualia sunt, Belle habere, Bene multi, Bona pars, Bono esse, Multo mane, Bene mane.

Cicero pro Lucio Muræna: Posthumus obuiam cum bene magna ceterua sua uenit.

Idem de Oratore: Habet sermonem bene longum.

Idem Attico: A Curione mihi literæ bene longæ.

Cæsius Ciceroni: Clasps bene magna.

Afinius Pollio Ciceroni: Habet incrimis bene multis.

Dolabella Ciceroni: Terentia minus belle habuit, sed certum scio iam conualuisse eam.

Cicero de Oratore: Aiebat bonam partem sermonis in huc diem esse dilatam.

Ouidius in Fastis:

Pars bona montis erat.

Cicero Attico: Ad eum v i i. Idus literas dedi bene mane.

Ibidem: Binis quidem tuas Beneuenti accepi, quarum alteras Fesulanus multo mane mihi dedit.

Hircius in Commentariis: Bene magna comparata manu, prouinciam uastare coepit.

Ibidem: Bene magna multitudo.

Ibidem: Bene magnum tempus consumperunt.

Ibidem: Bene multis uulnibus affetti.

Ibidem: Nostri ex humili conuale bene longe sunt digresi.

Boni consule:

**B**oni consule, modus loquendi ueterum illorum, id significat, quod Bonum iudica, Perfecti enim illi Latinitatis principes, iudicare, consulere dicebant, ut si dicas, Rogo boni consulas, id sit, quod rogo bonum iudices.

Ouidius de Ponto:

Vt tamen hoc ita sit, manus tua grande uoluntas

Ad me

Ad me peruenit, consiluitq; boni. Ibidem:  
Quæ quanquam mississ pudet, quia parua uidentur,  
Tu tamen hæc queſo consule missa boni.

## Caput.

**I**nſicari nemo etiam mediocri ingenio audeat, eſſe modum quendam loquendi, qui lingua Latinam à barbaric distinguat. Nam uerba ac uocabula quid per ſe & ſingu latim ſignificant, innumeris Grammatici copioſe diſſerucre. Sed quid ijs coniunctis, composita oratione, uſitato more loquendi, modus in ueteribus ac perfectis autoribus obtinuerit, nemo haſtēnus (quod ſciam) plane considerauit. Caput enim illud eſt, Caput coene, Caput ex origo, Caput malorum, Caput faſtionalis, & Capiti tuo, quod genus execratiſis eſt, & huiusmodi, boni autores per translationem mira cum iucunditate ſuis ſcriptis interſeruerunt.

Plautus in Penulo: Capiti ueroſtro iſtud quidem.

Vergilius:

—Capiti cane talia demens

Dardanio, r̄cibusq; tuis.

Idem:

—Dij capiti ipsius, generiq; referuent.

Cælius Ciceroni: Te ad nonum calendarum lunij ſubroſtraij (quod illorum capiti fit) diſſiparant perijſſe.

Plautus in Mercatore: Ad capita rerum percurvies.

Idem in Aſinaria: Ego capui huic heræ argento ſui hodie reperiundo.

Cicerone Marco Marcello: Caput illud eſt, ſi iſta uita tibi cōmodum eſſe uideatur.

Idem Seruio Sulpicio: Caput illud eſt, ut Lyſonem recipias in neceſſitudinem tuam.

Idem Attico: Caput illud eſt quod ſcis.

Eidem:

Eidem: Quarum literarum crat caput, Aquilam nouercam non eſſe laturum.

Eidem: Quod caput eſt ipſum non noui.

Idem de Diuinatione: Sed quod caput eſt, cur iſto modo iam oracula Delphis non eduntur?

In Philippica ſecunda: Caput autem literarum, ſibi cum illa Mima poſthac nihil futurum.

Idem Bruto: Caput autem eſt hoc, quod te diligētiſime pcriperc &amp; meminiſſe uelim.

Idem in Officijs: Caput autem eſt in omni procuratione negotiij &amp; muneris publici, ut auaritiae pellatur etiam minima ſuſſicio.

Idem in Verrem: Et quod caput eſt rei frumentariæ campus Lcontinus.

Idem in Tusculanis: Negauit ſe iure illo nigro, quod coene caput crat, dcleſtatum.

Cicerone pro Tit. An. Mil. Quid quod caput audacie eſt?

Idem: Qua ſenati gratias agit poſt reditum ſuum, cum preclarum caput recitaretur.

T. Luii ab Urbe cond. Cum caput rerum omnium in omni hostiū equitatū Maſinifſam fuſſe ſciret.

## Capite aperto, Capite obuoluto.

T. Luii de bello Puni. Capite aperto eſt ductus.

Ibidem: Obuolutum caput eſt.

Idem ab Urbe condita: Caput obuoluito, in ſelicis arbori reſte ſuſpendito.

## Cum.

**Q**uis erit qui legens, quas inſrā ſcripti autoritates de clauſula Cum, quemadmodum precellentis ingenij uates illa uſi fuerint, quando tempus ſignificare uoluerunt, non ſupra modum oblectetur, mihiq; arri- deat

deat, qui eas primus (ut opinor) notauit, et undiq; decerptas, quasi in accerrimum concepsit;

Plautus in Truculentio: Iam biennium est, cum mecum esse ille coepit.

Ibidem: Illi quidem haud diu est, cum dentes exciderunt.

Idem in Persa: Nondum sex menses Megaribus hoc est cum commigravit.

Idem in Mostellaria: Quia septem menses sunt, cum in hacce aedes pedem nemo intro detulit.

Idem in Menæmis: Plus triginta annis natus sum, cum ego interea loci non unquam quodquam facinus feci peius, neq; scelerius.

Idem in Bacchidibus: Iam aderit tempus, cum sece etiam ipse oderit.

Terentius in Heautont. Si unquam ullum fuit tempus mater, cum ego voluptati tibi fuerim.

Idem in Adelph. Vide re uideor iam illum diem, cum hinc egens profugiet aliquò militatum.

Idem in Hecyra: Hunc uidere semper optauit diem, cum ex te esset alius, qui te appellaret patrem.

Cicero pro Lucio Muræ. Qui locus est iudices? quod tempus? quæ dies? quæ nox? cum ego non ex istorum infidijs ac mucronibus, non solum meo, sed multo etiam magis, diuinio consilio eripiar, atq; euoleam?

Idem Cassio: M. Fabiūm quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio questum. Multi enim anni sunt, cum ille in ære meo est, et a me diligitur.

Idem de Oratore: Iam anni propè quadringenti sunt, cum hoc probatur.

Idem Attico: Utinam illum diem uidcam, cum tibi gratias agam, quod me uiuere coegeristi.

Eidem

Eidem: Eandem virtutem istam, ueniet tempus, cum grauiter gemes.

Idem pro T. Annio Milone: Erit illud profecto tempus, et eluceat aliquando ille dies, cum tu salutaribus (ut spacio) rebus tuis, sed fortasse motu aliquo communium temporum, qui quam crebro accidat, experti debemus scire, et amicissimi benevolentiam, amicitiam, et grauiſſimi hominiſ fidem, et unius post homines natos fortissimi uiri magnitudinem animi desidercs.

Idē Attico: Triginta dies erant ipsi cum dabam has literas.

Idem Cæsari: Aliquot enim sunt anni, cum uos duos elegi, quos præcipue colorem.

Idem Attic: Utinam eum diem uideam, cum ista oratio ita libere uagetur, ut etiam in Sice domum introeat.

Idem pro eodem: Dies nondum deccm intercesserant, cum ille alter filius infans necatur.

Ibidem: Unus et alter dies intercesserat, cum res parum certa uidebatur.

Ibidem: Anni sunt octo, cum iste in ista meditatione uersatur.

Idem in Philippicis: Viceſimus annus est, cum omnes ſcelerati me unum pectunt.

Idem Attico: Sed tu omnia confilia differebas in id tempus, cum ſciremus que Brundusij acta effent.

Eidem: Ipſe disructor uenisse tempus, cum iam nec fortius, nec prudenter quicquam facere possem. Eidem: Biennium iam præcrit, cum ille Callipides aſiduo cursu cubitum nullum procoſſit.

Idem in Yerrem: Una nox intercesserat, cum iste Dorotheum ſic diligebat, ut diceret omniſi inter eos effe communia.

*Idem de Oratore: Vix annus intercesserat ab hoc sermone cohortationis mœ, cum iste accusauit Catium Norbanum.*

*Idem de Officijs: Nondum centum & decem anni sunt, cum de pecunijs repetundis, à Lucio Pisonē lata lex est.*

*Idem de Divinat. Quoniam multi anni sunt, cum bella & præceptoribus, & proconsulibus administrantur.*

Vergilius in Georgicis:

Scilicet & tempus ueniet, cum finibus illis

Agricola incautus terram molitus aratro,

Exesa inueniet scabra rubigine pila. Idem:

En erit unquam

Ille dies, mihi cum liccat tua dicere facta. Idem:

Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures

Peruenit. Idem:

Tunc tempus erit, magno cum optauerit cunctum

Intactum Pallanta. Idem:

Tertia iam Luna se cornua lumine complent,

Cum uitam in sylvis, inter deserta ferarum

Lustra domosq; traho. Idem:

Septima post Troiae excidium iam uertitur æstus,

Cum freta, cum terras omnis, tot inhospita saxa

Sideraq; emense serimur. Idem:

Vix haec ediderat, cum effusis imribus atra

Tempestas sine fine furit.

Ouidius de Fastis:

Iam tria lustra puç; furto conceptus agebat,

Cum mater nato est obuia facta suo.

*Titus Liuius ab Urbe condita: Per multi iam anni erant,*

*eum nulla certamina fuerunt.*

*Idem de bello Punico: Dies haud multi intercesserat, cum*

*legati uenerunt.*

Idem

*Idem ab Urbe condita: Tricentesimus sexagesimus quintus annus urbis Qu'rites agitur, cum non uniuersa Heturia uobis bello par est.*

Conturbare.

Conturbauit me fateor, cum intelligere satis nondum possem, quid uerbum Cöturbo penitiore significato sibi uellet, cum euolutis tandem diuersorum autorum scriptis, id mihi uisus sum perecipisse. Est enim Conturbare id fere, quod decoquere: quod ut alijs posse iudicandū melius relinquam, loca ipsa ex quibus collegi subiiciam.

Cicero ad Atticum: Illi dij sint irati huismodi Greco, qui conturbare quidcm putat sibi licere, quod equitibus Romanis.

*Idem Quinto Ciceroni fratri: Misi ad Cæsarem codem illo exemplo literas, locum autem illius de sua egestate nefis aspernatus: Ad quæ ego rescripti, nihil esse quod post hac artis nostræ fiducia conturbaret, lusiq; in co gene re & familiariter, & cum dignitate.*

*Idem pro Gn. Planco: Nam quod ait Cassi, non plus me Planco debere, quam bonis omnibus, quod ijs & que mea salus chara fuerit: ego me debere bonis omnibus fateor: sed etiam ij quibus ego debeo, boni uiri & ciues, comitijs & editijs aliquid se meo nomine debere Placo dicebāt. Verum fac me multis debere, & in ijs Planco. Vtrum igitur me conturbare oportet: an ceteris cum cuiusq; dies uenerit, hoc nomen debitoris quo urgetur nunc competitor dissoluere? quanquam diñimilis est pecunia debito & gratiae. Nam qui pecuniam dissoluit, statim nō habet id quod reddidit. Qui autem debet, & retinet alienum. Gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert.*

g 2 Vlpianus

Vlpianus de institoria actione, l. Quicunq;: Idem Labeo  
dit, Si quis pistor seruum suum solitus fuerit in certum lo-  
cum mittere ad panem uendendum, dcinde pecunia acce-  
pta praesenti, ut per dies singulos ei panes præstaret, con-  
turbauerit, dubitari non oportet, quin si promisit ei dari  
summas, teneri debeat.

Alphænus de in rem uerso, l. Quidam seruus: Boues uendi-  
derat, alios redemerat, nummos uenditoru non soluerat,  
postea conturbauerat: qui boues uenididerat, nummos à  
domino petebat actione de peculio, aut quod in rem do-  
mini uersum esset.

### Conscendere.

**C**onscendere propriè nauigantū est, quod ab usu pro  
pe cōmuni rccēsīt. Ita enim tritum erat, ut quandoq;  
absolute à perfectissimis illis autoribus diceretur.  
Cicero Attico: Iābus Martijs Pompeium à Brundusio  
conscendisse.

Cæsar in Commentarijs: Erat completis littoribus conten-  
tio, qui potissimum ex magno numero conscenderent.

Ibidem: Tandem idoneam tempestatem nactus, milites  
equitesq; conscendere naues iubet.

Idem de bello ciuili: Non minori animo ac fiducia quam  
ante dimicauerant, naues conscendent.

Ibidem: Nominatum euocati atq; obsecrati, naues con-  
scendent.

Ibidem: Aequo ut animo mancipia atq; impedimenta in  
Italia relinquerent, ipsi expediti naues conscenderent.

Vergilius:

Bis denis Phrygium consendi nauibus aequor.

### Corrumperē.

**C**orrumperē uulgata significatione id est certe, quod  
inquinare

inquinare, contaminare, uitare. Considerantibus autem,  
et diuersa bonorum autorum loca rimantibus, interior  
quidā sensus occurrit, quo meo iudicio id significet, quod  
destruo, rumpo, rodo, perdo.

Plautus in Amphitr. Tace, ne corrumpē oculos.

Idem in Mercatore: Nimium stulte facis, oculos corrumpis tales.

Varro de Re rustica: Neq; rubigo frumenta atq; arbores  
corrumpit.

Idem: Capræ omnia nouella sata carpendo corrumpunt.

Cicero pro Aulo Licinio: Tabulas, quas idem dicis solere  
corrumpi, desiderare.

Idem in Verr. Ut tabulas publicas corrumpere auderes.

Cæsar in Commentarijs: Ut æquo animo ipsi sua frumen-  
ta corrumparent.

Sallustius in Catilinar. Dubitando et dies prolatando,  
magnas opportunitates corrumpere.

Idem in Iugurthino: Præda omnis à profugis corrupta.

Ibidem: Illaq; et domum, et semet igni corrumpunt.

Ibidem: Nam cum fontis uene paulo processerant, igni  
aut lapidibus corrumpabantur,

Propertius:

Et sepe immeritos corrumpas dentibus unguis.

Idem:

Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos.

Idem:

Corrumpit dura catena manus.

Ouidius de Arte amandi:

— Quid teneros lacrymis corrumpis ocellos?

Idem de Ponto:

His ego si demens ausim corrumpere nomen.

g 3      Idem

Idem de amoribus:

*Quid fles, ex madidos lacrymis corrumpis ocellos?*  
Vlpianus locati ex conducti, l. Sed addes: Sed prælum et  
trapatum uitiatum dominum reficere debere: quod si cul-  
pa coloni quid corū corruptum sit, ex locato eum teneri.  
Idem eodem titulo, l. Ex conducto: Sed & si uredo fru-  
ctum oliue corruperit, aut solis feroore non affuso id ac-  
ciderit, dannum domini futurum.

Idem ad legem Aquiliam, l. Si seruus: Si quis alteri dannū  
fecerit, quid usserit, frigerit, ruperit iniuria: quanti ea res  
erit in diebus triginta proximis, tantum ex damno dare  
dannas esto. Et subdit: Celsus ait: Lex ruperit, rupisse uer-  
bum sere omnes ueteres sic intellecterunt, corruperit. Et  
subdit: Celsus non neget fractum et ustum contineri cor-  
rupti appellatione.

Labco eodem titulo: Si riuum, quem faciendum conduxe-  
ras, et feceras, antequam eum probares, labes corrupit,  
tuum periculum esse Paulus respondit.

Paulus de Vñfructu, l. Titius: Mcuius uilla uetus late cor-  
ruptum, nec ssariam cogendis et conseruandis fructibus  
edificauit.

Idem de liberali causa, l. Liberalis: Fieri enim potest, ut fi-  
ducia libertatis, et surripere quedam, et corrumpere,  
atque consumere ex bonis corū quibus seruiebat, ausus sit.  
Cæsar in Comment. Corruptis equis macie, conandum, si-  
bi aliiquid Pompeius de eruptione existinuit.

Ibidem: Itaq; quodcunq; addebatur subsidio, id corruptum  
timore fugientium, terrores et periculum augebat.

Hircius in Comment. Frumento incenso, uino, oleo, cæ-  
terisq; rebus, quæ ad uictum parari solent, corruptis.

Ibidem: Rebus ad uictum pertinentibus corruptis.

Titus

Titus Liuius ab Urbe condita: Causando corrumpi equos  
in insula inclusos.

Ibidem: Caeue ne tot meritorum gratiam maiore culpa  
corrumpas.

Ibidem: Alia dissecerunt, alia igni corruperunt.

Ibidem: At frumenta, quæ iam in horreis erant, corrum-  
penda.

Idem de bello Punico: Captū oppidum cū ingenti præda,  
quoniam pleraq; à dominis de industria corrupta erant.

Ibidem: Tectis primum incensis ac frugibus corruptis.

Consequor, & Assequor.

C onsequor et Assequor, uno propinodium eodemq;  
modo dicendi, censeri possunt: ut si dicamus, Non me  
es asscutus, uel consecutus: idem significet, quod, non po-  
suisti ad me pertenire.

Terentius in Heautonti. Hæc ubi aperuit ostium, conti-  
nuo huc se coniecit intrō: ego consequor.

Cicerio Attico: Quamobrem te oro des operam, ut me sta-  
tim consequar.

Eidem: Si enim es Rome, iam me assequi non potes: sin es  
in iua, cum eris me asscutus, coram agemus quæ erunt  
agenda.

Eidem: Cum presertim non dubitaremus, quin si etiam tu-  
tum iter nobis fuisset, te tamen iam cōsciuī non possemus.

Idem in Catilinam: Aurelia uia profectus est, si accelerare  
uolent, ad uesperum consequentur.

Cæsar in commentarijs: Hoc prælio facto reliquias copias  
Helvetiorum ut consequi posset, pontem in Arare facien-  
dum curauit.

Titus Liuius de bello Punico: Peditem agmen, quia asse-  
qui terra non potui.

Ibidem

Ibidem: In Brutios raptim, ne Gracchus affequeretur, concessit.

Idem de bello Macedonico: Paucos moratus dies, dum se copie affequerentur.

Idem ab Urbe condita: Nocte prægr̄sum eum affequitur locis planis ac patentibus.

### Causeor & Gemor.

**C**AUCOR & GEMOR, se penumero scriptum reperi (ut opinor) à paucis obseruatum.

Cicero Seruio Sulpitio: Quæ c̄f̄t tua in hoc pestifero bello cauendo & prædicendo sententia.

Idem Att. Atq; hic status, cui una uoce omnium gemitur.

Eidem: Cetera quæ quidē prouideri poterūt, cauebuntur.

Eidem: O hominē caudum mibi.

Eidem: Fidem uobis habendam non c̄sse, me uero caudum.

### Commodūm.

**C**OMMODUM discesserāt cum uenisti, id est, opportune in tempore, aliquando uix tantum: modus hic loquendi elegans, frequenter in usu est apud bonos autores. Plautius in Mercatore: Si istac ibis, commodum obuiam uenies patri.

Idem in Trinum. Namq; hoc commodum orditur loqui.

Idem in Milite: Hem te ipsum quæro commodum uir lepidissime.

Terci in Eunucho: Commodum huc aduenerat.

Cicero Attico: Commodum discesserat Hilarius librarius.

Eidem: Commodo ad te misericordem Demeam, cum heros ad me uenit.

Eidem: Commodo ad te dederam literas de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius uenit.

Eidem

Eidem: Commodum discesserāt heri, cum Trebatius uenit.

### Amat ut cum maxime.

**A**Mat ut cum maxime, modus est loquendi Romano candore perfusus. Id enim significat, quod illiterati dicunt, Amat sicut unquam, uel nunguam magis.

Cicero Q. fratri: Domus celebratur ita ut cum maxime.

Terentius in Heeyra: Amabat ut cum maxime tum Pamphilus.

### Cedo.

**C**Edo aduerbiū, quandoq; ab ueteribus etiam ad plures referebatur.

Cicero de senectute: Cedo quī uestram rem publicam tantam amisiſtis & tam citos.

### Consentire.

**C**onsentire, intimo modo loquendi est, quod conuenire, concordare.

Cicero in Acad. quæst. Sed mihi incutiquam cor consentit. & subdit: Apparet enim iam cor oculis consentire.

Idem Attico: Quoniam cum consilijs tuis, mea & facta & consilia consentiunt.

Idem de Diuinatione: Animorum consentientium multitudine completem effe mundum.

Idem de redditu suo: Tanta consensione Italie.

Idem de Natura deorum: Itaq; illa mihi placebat oratio de conuenientia consensuq; naturæ.

Ibidem: Ita feruntur, moderaturq; cursus, ut ad omnia conseruanda & tuenda consensisse uidcantur.

Idem Plancio: Quæ autem recitatæ sunt literæ in senatu, nequaquam consentire cum oratione Furnij uise sunt.

**C**ondicere, penitiore significato erat, Denunciare,

g s consti

constituere, decernere, et in cœnis eo uerbo præsertim ueteres uerbantur.

Plautus in Sticho: Homines seruulos potare, amare, atque ad cœnam condicere.

Cicero Lentulo: Nam cum mihi cōdixisset, cœnauit apud me in mei generi Craspedis hortis.

Tit. Liuius ab Urbe condita: Rex his ferme uerbis patres consulebat: Quarum rerum, litium, causarum, condixit patratus populi Romani Quidam, patratus pri scorum Latinorum, hominibusq; priscis Latinis.

### Loci & cœli grauitas.

**L**OCI & CŒLI GRAUITATEM dicebant antiqui eo modo dicensi, quo multi peruerse ut cætera, Malum aerem dicunt.

Cicero Attico: Et cum reliquis, etiam loci grauitas hic missime perferenda est.

Eidem: Iam enim corpore uix sustineo grauitatem cœli huius.

Vattro de Rustica: In Apulia loca calidiora & grauiora.

Ibidem: In regionibus, que grauitate cœli, soliq; sterilitate uastantur.

### Certus.

**V**eteres uerbum, hoc Certus, sermoni Latino oculatior & uario significato quandoque interscrebant. Quod non ab re sit obseruasse. Proderit enim non parum studiofis, si sedulo hos flosculos attenderint. Qui uero affirmant in plurali Certos dici, non Certum, crassasse facile deprehenduntur.

Cicero in Verrem: Confirmat se homines certos eius rei causa in Siciliam, & terra, & mari missurum.

Ibidem

Ibidē: Tum iste continuo mittit homines certos Melitam.

Ibidem: Certos homines in quinqueremi misisse.

Idem in Catilinam: Certos homines delectos ac descripsos habebat.

Cic. Atti. Hominem certum misi de comitibus meis.

Eidem: Certos homines ad mulieres miseram.

Eidem: Statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent.

Idem Caſio: Qui cum essent misi, ut Antonio ex senatus sententia certas res nunciarent, cum ille carū rerum nulli paruisse, ultro ab illo ad nos intollerabilia retulerunt.

Cicero ad Pontifices: Hanc iucundissimam uitæ atq; officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus direxerunt.

Ibidem: Neq; ille tot suspicionibus certorum hominum & scelere exulceratus.

Idem pro Sexto Roscio Amerino: Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascere.

Vergilius:

— Equidem per littora certos

Dimittam. Horatius:

— Nam si natura iubaret

A' certis animis euum remcare peractum.

Titius Liuius ab Urbe condita: Cum in diem certam, ut ad lucum Ferentine conueniant, edicit.

### Cedere uita, Cedere patria.

**V**erbum Cedo vulgare prope est, & per ora etiam vulgarium in horas singulas uenit. Num tamen eius uerbi modum, quo ueteres illius diuini seculi uerbauntur, non ab collegiis sit, à paucis (ut arbitror) hactenus, recte obseruatum. Nam Cedere uita, Cedere patria, Cedere foro

foro, rariſimē reperitur. Addita uero praeſtione, frequentius. utrumq; dicendi genus, quod penē tam ab uſu recessit, elegantiae plenum eſt.

Cicerō Attico: Salue, inquit Arrius, hoc eſt Roma deſcendere.

Idem Bruto: Vos fortaffe ſapientius exceſſistiſtis urbe ea, quam liberaueratistis.

Idem in ſecunda Philippica: Qui cum multa uita excedēſt prouidit, tum quōd te confuclm non uidit.

Aſinius Pollio Ciceroni: Finibus meæ prouincie nusquam exceſſi. Vergilius:

Inuitus regina tuo de littore ceſſi. Idem:

Poffuntq; ſolo deſcedere noſtro. Idem:

Tacitusq; mea deſcedere terra.

Cicerō ad Octauium: Cedam tibi in preeſentia foro, curia, & sanctissimis deorum immortalium templis, in quibus recuiuifcente iam libertate, deinde rurſus oppreſſa, ſenatus nihil conſulitur: timet multa, aſſentitur omnia. Cedam urbe, quam per me conſeruata, ut eſſet libera, inſcrutitate uidere non potero. Cedam uita, que quanquam ſollicita eſt, tamē ſi profutura eſt rei publicae, bona ſe poſteritatis me conſolatur: qua ſublati, non dubitanter occidam: atque ita cedam, ut fortuna iudicio meo, non animus mihi deſuſſe uideatur.

Titus Luuus de bello Punico: Cedere poſſeſſione magna fortunæ.

### Cadere cauſa.

**C**adere cauſa, hoc eſt quod uulgo dicunt, perdere aut ſuccumbere.

Cicerō de Oratore: Ut ei quicm defendat, cauſa cadere liceret.

Idem

Idem pro Lu. Muræ. Et ſi turpe existimas, te aduocato illum ipsum quem contra ueneris, cauſa cadere.

Paulus de iure fisci, l. In fraudem: Ut ſi uſus is contra interdictum fuerit, cauſa cadat.

### Cohors.

**N**on eſt cohors ſolum militū, quod penē uulgare eſt, ſed eſt etiam familia primarij uiri. Quod ut inter o- mnes conſet, loca quām plurima hiſ ſubieci.

Cicerō in Verrem: Que cohors, & qui comitatus fuerit, meministiſ.

Ibidem: Cohortem autem Metelli, quam uocat, quid erat quod corrumpereſ?

Idem: Recuperatores dicit ſe de cohorte ſua daturum.

Ibidem: Negas de conuinctu recuperatores daturum, co- hortem tuam proponis.

Ibidem: Apronio permittis, ut quos uelit de cohorte ſua ſumat recuperatores. Horatius:

Laudat Brutum, laudatq; cohortem. Idem:

Vt iuueni placcat, percontare, utq; cohorti.

Catullus:

Pifonis comites cohors inanis.

### Confirmare.

**C**onfirmare, cum de ualitudine loquimur, significat Cmelius haberc, & uires recuperare.

Cicerō Tironi: Satis enim te māture uidero, cum plane confirmatum uidero.

Idem: Adhuc dum mihi nullo loco deſeffe uis, nunquam te confirmare potuisti.

Eidem: Cum te bene conſimaris, ad me uenias.

### Trepare cum accusatio.

**C**repare cum accusatiuo. Repare cum accusatiuum habet, id significat quod loquitur

loquitur, prædicat. Horatius:

Sulcos & uincta crepat mera, præparat ulmos.

Idem:

Si quid Stertinus ueri crepat.

De. & Ex.

**P**Articula, siue præpositio De, quantam uenustatem, gratiam, elegantiam obtineat, quam'ue ex cibro operi intermixta reperiatur, tametsi aliqui obseruarunt: quo tamen bonarum literarum studiosi hoc ex alia huiusmodi imitari facilius possint, quasi in albo prætoris huic folio ob oculos subscripti.

Plautus in Captiuis: Emi hos de præda, ambos de questoribus.

Idem in Rud. Nam de nocte multa impigreque surrexi.

In Mostl. Non bonus est somnus homini de prandio.

In Circulione: De illo emi virginem.

In Trucu. Nam mihi de uento misere condoluit caput.

Terentius in Andria: Clamat de uia.

Idem in Adelphis: Imò de nocte censeo hodie.

Idem in Phormione: Vbi agrum de nostro patre colendum habebat.

Cato de Re rustica: De domino bono colono, bonoque edificatore melius emetur.

Varro de Re rustica: De aſnis quenque amplissimum & formosissimum quem possum, teligunt.

Idem ibidem: Quas mihi apposuiti in villa Rheatina ad lacum Velini cuncti de controuersijs.

Ciceron Lentulo: Ego tua gratulatione commotus, quod ad me pridem scripferas, uelle te bene euenire, quod de Crasso domum emiſſem.

Idem de Oratore: Evidem ſæpe hoc audiui de patre et fecero

fecero meo.

Idem Attico: Postea Messala de Pompeio quæſuit.

Eidem: De Antiocho ſcire poteris.

Eidem: Neq; facturus quicquam, niſi de meo conſilio.

Idem de Dimatione: Et cum admiratum, quæſiſſe de deo, quodnam illud eſſet talc monſtrum, & deum reſpondiſſe, uastitatem eſſe Italæ.

Idem in Acad. queſt. Niſi de uia feſſus eſſet.

Idem de Diuinatione: Et redemptor qui columnam illam de Cotta ex de Torquato conduxerat faciendā, non inerita aut inopia tardior fuit.

Idem in Verrcm: Cum conſilio eaſam Mamertinorum cognoscit, & de conſilijs ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronunciat.

Ibidem: At de conſilijs ſententia præclarum recitari conſilium iudices audisti.

Idem pro Sexto Roscio Amerino: In dominos queri de ſeruis iniquum eſt.

Idem pro L. Flacco: Fundum Circum Romæ mercatus eſt de Pupillo Metulonio.

Idem in Bruto: Tum ego audiui euidem iſta, inquam, de maioribus natu.

In Partitionibus oratorijs: Qui cum in dominos de ſeruis queri uoluſſent, tamē de incestu ex coniuratione quaſi faēta me conſule eſt, querendū putauerunt.

Cic. pro L. Cor. Balbo: Audiui hoc de parente meo.

Idē Caio Fab. Gallo: Queſiui de mea Tullia quid egiſſet.

Idem Quinto fraſri: Efficiam quod ſæpe uiatoribus cum properant, euenit, ut iſerius quam uoluerint forte surrexerint, properando etiam citius, quam si de nocte uigilarent, perueniant quo uelint.

Cesar

Cæsar in Commentarijs: Cum de tercia uigilia Petreius  
et Afranius castra mouissent.

Idem Oppio ac Cornelio Balbo: Misit ad me Gn. Magium de pace.

Idem in Comment. De tercia uigilia cum legionibus tribus e castris profectus, ad eam partem peruenit.

Ibidem: Ad Cæsarem de pace misserunt.

Ibidem: De media nocte missus equitatus.

Horatius in Epistolis:

Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones.

Ouidius de Ponto:

Terraq; de fructu, quam sit amara, docet.

Ibidem:

Quæ proprium mixto de sale pondus habet.

Idem ad Corinnam:

Hei mihi de monitis torqucor ipse meis.

T. Lilius ab Urbe cond. Quæro de te, arbitris' ne.

Papinianus ad Senatuscon. Trebellia.l. Haeredes: Petò de te uxor charissima.

Ex.

Cicero Attico: Quæsiuit ex eo, placaret ne iudices à praetore legi?

Ibidem: Cum autem ex eo quereret quid uidetur.

Idem de Diuinatione: C. Marium cum fascibus laureatis ex te querere, quid tristis essem.

Dicere testimonium, & testimonia.

**Q**uam pulchrum est (bone deus) hoc quoq; dicendi genus quod ex uno codemq; thesauro honorū auctorum nuper erui, à paucis (ut arbitror) consideratum, cum optima queque sine attentione pretcreuntur. Dicere enim testimonium, viri illi clarissimi proferre solebant cōmodo

modo loquendi, quo aut testificari, aut probare etiam dici coepit est.

Cicero de Oratore: Num igitur placet, cum de eloquentia præcias, aliquid etiam de testimonij dicendis quasi in arte tradere?

Idem ad Quintum fratrem: Cum testimonium secundum fidem et religionem grauiſſime dixiſsem.

Ibidem pro Sylla: Cur dixisti testimonium in alios?

Ibidem: Qui in illum testimonia grauia dixerunt.

In eadem oratione: Qui testimonium de coniuratione dixi,

In Verrem: Qui priore actione ita testimonia grauiter uehementerq; dixerunt, ut Artemonem Centurupinum legatum et publicè testem, Quintus Hortensius accusatorem, non testem esse dixerit.

In eundem: Nunquam post populi Romani nomen ab Siculis auditum et cognitum, Agyrinenes cōtra quenquam insimum ciuem Romanum dixisse, aut fecisse quipiam, qui tunc contra prætorem populi Romani, magnis iniurijs et magno dolore publice testimonium dicere cogerentur.

In eundem: Num expectatis dum Lucius Metellus, is qui multos in istum testes imperio et potestate decernit, idem absens, et de istius scelere, improbitate, audacia testimonium dicat?

In eundem: Sed ornatores tuo iudicio, ad testimonia dicenda uenerunt.

Idem pro Cluentio: Non recito testimonia hominum honestissimorum, que in Stalemum sunt dicta.

Ibidem: Falsum ut testimonium dixerit.

Idem pro Cluentio: Neq; cognitum commemorauit, neq;

b testi

testimonium dixi.

Idem pro Flacco: Multi etiam communes inimici rerum omnium, qui ita in p[ro]p[ri]o testimonium de ambitu dicunt.

Idem pro Lucio Flacco: Mortuus est aculeo iam dimisso ac dicto testimonio.

Ibidem: Qui autem dicit testimonium ex nostris hominibus, ut se ipse sustentat?

Ibidem: Ut qui ante dictum testimonium sibi temperarit, in cunctis: Pueri autem Siscennae, credo qui audiuerint, quae in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nunquam cibcere, neque ab argento digitum discendere.

In eundem Melitensis Diodorus est, qui apud uos antea testimonium dixit.

In eundem: Tamen quoniam haec à maioribus constituta accepissent, testimonium ne quod dicerent.

Idem de Natura deorum: Diogenes quidem Cynicus diceret solebat, Hapalum qui temporibus illis prædo felix habebatur, contra deos testimonium dicere, quod in illa fortunata diuui uincet.

Scœuola de testibus: Inuiti testimonium dicere non coguntur.

Vlpianus de testamentis, l. Quod testimonio: Mulier testimonium dicere in testamento non poterit.

Caius de testamentis, l. Cum legi: Et eo amplius, ut putant quidam, ne u[er]e ipsi dicatur testimonium.

Arcadius de testibus, l. Testimonium: Ex his quibus non interdicitur testimonium, nec ulla lege à dicendo testimonio excusantur.

Callistratus codem titu. l. Testium: Lege Iulia de ui caueatur, ne hac lege in reum testimonium dicere ei liceret. Et subdit: Qui ob testimonium dicendum, uel non dicendum,

pccu

pecuniam acceperisse iudicatur.

Cicero in Vatinium testimoniū: Cum ante Lælius Nutricula seditionis omnium testimonium diceret.

Idem pro Marco Cælio: An grauis, sapiens, moderatusq[ue] vir religiose testimonium dixisse videatur.

Idem pro Sexto Roscio Amerino: Testimonium etiam in Sextum Rosciū dicturus est.

Ibidem: Ut in minimiis rebus amplissimi homines testimonium de sua re non dicerent.

Idem: Testimonium non diceret.

Asconius Pædianus: Vl[er]um testimonium dixerunt.

Idem: Dixerunt in cum infestis testimonia principes ciuitatis.

Idem: Quod Siculi, qui antea publice testimonium dixerant.

Idem: Apud antiquos et de auditione testimonium dicebatur.

Idem: Si testimonium aduersus eum diceret.

Titus Livius ab Urbe condita: Quod falsum aduersus se testimonium dixisset.

Idem pro L. Cornelio Balbo: Et testimonium dixisset publice.

### Dicere causam.

**D**icere causam, Dicere diem, Dicere ius, Dicere sententiam, Dicere legem, modi sunt dicendi diuersi, diuersa significates. Est enim Dicere diem, certam diem reo constitueret, ut accusetur. Dicere causam est, cu[m] reus accusacionibus respondere cogitur. Dicere ius est, cu[m] iudex iustitiam reddit, uel ministrat. Dicere sententiā est, cu[m] quis (ut in epite dicunt) uotum suū dat, uel opinionem suam dicit. Dicere legem est, quod praesigere, praescribere quid opus sit facto.

Plau

Plautus in Menæchmis: Apud ædiles prelijs factis plurimi pessimisq; dixi causam.

Terentius in Adelphis: Aduersum' ne illam causam dicere, cui ueneram aduocatus?

Cicero pro Sexto Roscio Amerino: Ea nos hoc tempore utimur, qui causam dicimus.

Ibidem: Causam dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria cæde restat.

Idem in Verrem: Fuit nundinatio aliqua, & isti non noua, ne causam dicaret.

Ibidem: Quis non pertimescat causam dicere dominis?

Ibidem: Causa dicta damnati sunt,

Cæsar in comment. Orientalem ex vinculis causam dicere coegerunt, & subdit: Die constituta cause distinctionis, Titus Livius ab Urbe condita: Virgo Vestalis de incesto causam dixit,

Ibidem: Semel causam dixi.

Idem de Bello Macedonico: Scipio iussus dicere causam, orationem magnificam de rebus ab se gestis exorsus est.

#### Indicta causa.

Cicero in Verrem: Indicta causa, in uincula coniecit seruos.

#### Dicere diem.

Plautus in Asinaria: Quem uidcam æquè esse mestum, ut quasi dies si dicta sit.

Idem in Captiuis: His diem dicam, irrogabo multam.

Cicero pro Milone: Diem mihi credo dixerat, multam irrogarat.

Titus Livius ab Urbe cond. Cæsoni capititis diem dicit.

Ibidem: Accusatorem primū Virginium, & Appium reum diligunt: cum diem Appio Virginius dixisset, Appius stipatus patritijs iuuenibus, in forum descendit.

Ibid

Ibidem: Rei capitalis diem Posthumio dixerunt.

Ibidem: Rei capitalis diem dicere.

Idē de Bello Macedonico: P. Scipioni Africano duo Quinti Petili diem duxerunt.

Cicero pro Tito An. Milone: Die mihi credo dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat.

#### Dicere ius.

Cicero in Verrem: Auditis ob ius dicendum Q. Varum dicere procuratores suos isti centum & triginta millia nummorum dedisse?

Idem de Provincijs consularibus: Emisti grandi pecunia, ut tibi de pecunijs creditis dicere licet ius in liberos populos. & subdit: Id empium ita uendidisti, ut aut ius non diceres, aut bonos ciues Romanos euerteres. & subdit: Perseuerauit ius publicano non dicere.

Ibidem: Non offendebantur homines in eo, neque moleste ferabant abesse à foro magistratum, non ius dici, non iudicia fieri.

Ibidem: Isti pecuniam ob ius dicendum dedit.

Plautus in Menæchmis: Iuris ubi dicitur dies, simul patronis dicitur.

Tit. Liu. ab Urbe cond. Aut ius de pecunia credita dicere.

Item pro Lucio Flac. Qui anno ante Romæ ius dixerat.

#### Dicere sententiam.

Cicero in Verrem: Mos est Syracusis, ut si qua de re ad sententiam referatur, dicat sententiam qui uelit: nominatim nemmo rogatur.

Ibidem: Ut quisq; ætate & honore antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine. & subdit: Cum surgeret nemo, neque sententiam diceret.

Idem ad Atticum: Nocet interdum reipublicæ Cato. dicit

b 3 enum

enim tanquam in Platonis repub. non tanquam in Romuli  
fecerit sententiam.

Idem in Philippica quarta: Ut sententiae de summa reipu-  
blicae libere dici possint.

Ibidem: Me consule, sententiae salutares dictae sunt, quibus  
ad hanc diem uiximus.

Idem in Philipp. decima quarta: Qui hoc loco sententias  
dicimus.

Celius Ciceroni: Cōsulem designatum primum sententiam  
dicentem.

### Dicere legem.

Horatius:

Prudens emisiū uitiosum, dictū tibi est lex.

### Ducere sortem, uitam, sp̄iritum.

Vere sorte, uitam, sp̄iritum.

**D** Cicero in Verrem: Sors dicitur. Quāmobrem? Ne-  
mo erat uoluntarius laudator prætūrae tuæ.

Vergilius:

Stat ductis sortibus urna.

Cicero pro lge Manilia: Cum uero stros portus, atque eos  
portus, quibus uitam et sp̄iritum ducitis, in prædonum  
fuisse potestatem sciat.

### Dare uitio, criminī, Vertere uitio.

**D**are uitio, Vertere criminī, Dare criminī, id est, quod  
corruptissime dicitur, Inculpare.

Plautus in Epid: Quis erit qui id uerat uitio?

Idem in Milite: Ne quis tibi hoc hodie uitio uerat.

Terentius in Andria: Nunc quam rem uitio dent, quæ  
animaduertite.

Cicero in Bruto: Quidam memini cum in accusatione sua  
Q. Gallo criminī dedisset, sibi cum uenenum parauisse.

Dare

### Dare pignori.

**D**are pignori, idem est quod Oppignorare. Sed hic  
etiam modus dicendi obseruandus est.

Plaut. in Mostellaria: Heri x L. etiā dedit hucusq; pignori.

Dicet aliquis, Roget aliquis.

**D**icit aliquis, Roget aliquis, modus est dicendi, quo  
inepti dicunt, Forte aliquis mihi dicat. Vcl. Si quis  
me roget.

Cicero in Paradoxis: Quid est igitur, quæret aliquis, bonū?

### Dejçere oculos.

**D**ejçere oculos, celeritatem aliquando significat, ali-  
quando præ pudore submittere.

Cicero in Verrem: Si tantulum oculos deiecerimus, præsto  
esse insidias.

### Deponentia passiuia.

**N**ec est prætermittendum, eje apud perfēctos illos au-  
tores, Deponentia nonnulla, que in participijs ple-  
rung; passiuē ponantur, quorum uel pauca collegi de mul-  
tis, si palam sit, nullam aliam effe grammaticam, quam mo-  
dum loquendi, quem aut obseruare et uirari necesse sit  
eum, qui Latinus dici cupit: aut si id neglexerit, in sua bar-  
baric contabescere.

Cicero Attico: Sed ea omnia mihi sunt patienda.

Eidem: Te etiam atq; etiam oro, ut me totum tuendum fu-  
scias.

Idem pro M. Caelio: Magis crimen, uel in legatis infidian-  
dis, uel in iuris ad hospitē domi necandum solicitandis.

Idem pro Cor. Balbo: Huius uirtus præfens experta atque  
perspecta, obrectatorum uoce laudetur.

Ibidem: Quidam de communī condicione omnium no-  
strorum

strum deprecanda malevolentiae causa breviter commemo-  
randum uidetur.

Ibidem: Veruntamen uigilijs nocturnis, & concione homi-  
num institutum illud conceptum atq; meditatum est.

In Antonium: De laude filebo, quæ gratissima memoria  
omnium ciuium inclusa, nondum autoritate publica testa-  
ta est.

Idem de Senectute: Agro bene culto nihil potest esse usu  
uberius, specie ornatius: ad quem fruendum non modo non  
retardat, uerum etiam inuitat atq; allecat senectus.

Idem in Paradoxis: An quisquam in potiundis uoluptati-  
bus gloria se & prædicatione effert?

Plautus in Bacchidibus: Confolandus mihi hic est.

Cicero Attico: Illud inest tamen commodi, quod & mihi,  
& ceteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testi-  
ficata tua uoluntas. Horatius:

Oblitusq; meorum, obliuiscendus & illis.

Dum particula, cum Expecto constructa.

**P**articula Dum, coniungitur ab perfectis illis autoribus  
cum uerbo Expecto, mira cum elegatia, & pari pro-  
portionum concordia, ut facile sit considerantibus iudicare,  
unum illis atq; cundem suisse dicendi modum.

Plautus in Pseudolo: Ne expectetis dum redemam.

Idem in Casina: Ne expectetis dum illi ad eos exeat.

Terentius in Andria: Ergo ne expectatis dum exeat huc?

Idem in Eunuco: Concedam hinc intro, atq; expectabo  
dum ueniat.

Cic. L. Luceio: Sed ad properationem meam quidem inter-  
est, non te expectare dum ad locum uenias.

Idem in Bruto: Quod scribis te in Italia moraturum dum  
tibi literæ meæ ueniant, si per hostem licet.

Eidem

Eidem: De sororis autem tue filijs non expectavi Brute  
dum scriberes.

Idem Gm. Pompeio: Non expectavi dum mihi à te literæ  
redderentur.

Idem Attico: Ego in arcano operior dum ista cognosco.

Ibidem: Expecta amabo te dum Atticum conueniam.

Ibidem: De Aufidio & Palicano non puto te non expecta-  
re dum scribam.

Idem in Pisonem: An ego expectem, dum de te quinq; &  
septuaginta tabellæ diripiantur?

Idem in Verrem: Quid expectas, an dum ab inferis ille  
Malleolus exurgat?

In eundem: Nolite expectare, dum omnes obeam oratione  
mea ciuitates.

Idem in Philippi. Num expectas dum te stimulis fodiam?  
Vergilius:

Quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater

Desruat?

Vatinius Ciceroni: Si hoc expectandum fit, dum totum  
bellum conficiatur.

Cælius eidem: Saltem dum quid de Hispanijs scitur ex-  
pecta.

Flancus eidem: Sciebam enim, & cautiis erat consilium, ex-  
pectare me ad Isaram, dum Brutus traiceret exercitum.  
Brutus eidem: Ego tibi ut ante scripti, dum mihi à te lite-  
ræ ueniant, in Italia morabor.

Idem eidem: Noli expectare dum tibi gratias agam.

Titus Linius ab Urbe condita: Expectare dum consul aut  
dictator fiat.

Ibidem: Nec expectent dum à Roma legati ueniant.

Ibidem: Moratus dum milites ad prædam discurrent.

b 5 ibi

Ibidem: Moratus dum imperatores consulseret.  
 Ibidem: Expectantes dum ab hostibus clamor inciperet.  
 Idem de bello Punico: Paucos morati dics dum socij ue-  
 nirent.  
 Idem ab Urbe cond. Nolite expectare dum fugiant.  
 Ibidem: Expectate dum uobis obuiæ ueniant.  
 Idem de bello Macedonico: Paucos moratus dies, dum se  
 copiae afferuerentur.

### Diminuere.

**D**iminuere caput, fores, postes, modo loquendi illorum  
 ueterum est frangere: qui modus memorie mandan-  
 dus est ei, qui bona Latinitatis caput diminuere non uult.  
 Plautus in Menæh. Illi homini diminuam caput.  
 Idè in Bacchidibus: Nisi mænulis postes diminui securibus.

### Capitis diminutio, apud Iurisconf.

Sed alia est Capitis diminutio, apud Iurisconsultos. Est  
 enim prioris status immutatio, ut testatur Caius eo titulo,  
 l. prima. Antiqui tamen Oratores de capite diminuere, et  
 de capite demere dicebant.

Cicero in Verrem: Vnum hoc aliud senatusconsultum re-  
 prehensum secretumq; est, ut quibus ille de capite dempsif-  
 set, ne pecunias in aerarium referrent.

Ibidem: Hoc nomine uidisti tritici modios de capite esse  
 demptos.

Ibidem: Demit de capite medimna D. C.

Ibidem: Coguntur Ascrioni (id est, Pippæ) dare tantum,  
 quantum erat de capite demptum.

Item in Topicis: Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine  
 sunt, non est satis. Et subdit: Quorum maiorum nemo  
 servitutem seruuit. Absit etiam nunc, qui capite non sunt  
 dimi-

diminuti, hoc fortasse satis est.  
 Cæsar in Commentarijs: Illud, quod deditio ducis et ca-  
 pitis diminutione sublatum est.  
 Titus Liuius de bello Punico: Serò nunc desideratis dimi-  
 nuti capite, ab alienati iure ciuium.

### Deducere.

**D**educere, nota sunt huius uerbi varia significata, que  
 ex multis notata diligenter scire: sed locus Cice-  
 ronis admonet, ut nos quoque de eo aliquid dicamus, cum  
 Deducere inter cetera significet, sponsam, uel amicam do-  
 mum perducere: et item significet, de summa demere, uel  
 detrahere. Cicero qui facetijs scatebat et dictis, cum ma-  
 ter M. Brutii Seruilia Iuniam Tertiam filiam, candemq; C.  
 Cæsij uxorem, ad Cæsarem qui moechus calvus ob adulteri-  
 um dicebatur, deduxisset, eademq; Seruilia paulo post ab  
 Cæsare preciosum ære paruo fundum emisset, Cæsaris li-  
 bidinem cauillatus circa uerbum Deduco, dicto præacuto  
 proscidit: Evidem, inquit, quò melius emptum sciatis, com-  
 parauit Seruilia hunc fundum, Tertia deducta.

Interdum Deduco significat comitari, siue domum per-  
 ducere.

Terentius in Andria: Hic nunc non dubitat, quin se dedu-  
 turum neges.

Ouidius de Ponto:

At cum Tarpeias esse deductus in arces.

Horatius:

Occurrat in triujs, deducam, nil sine magno  
 Vita labore dedit mortalibus. Tibullus:  
 Tempus erit, cum me Veneris præcepta ferentem  
 Deducat iuuenum sedula turba scenem.

T. Liu. de bello Punico: Dictator se magistratu abdicavit,  
 priua

priuatusq; de rostris descendit, turbasq; se immiscerunt, ne deducendi sui causa populum de foro abduceret.  
Ibidem: Tamen frequentes deduxerunt domum.

**Quandoq;** id uerbum significat, de ratione uel summa aliquid demere (ut diximus) siue detrahere.

Cicero de Officijs: Hec igitur talia circuſpicienda sunt in omni officio, & consuetudo exercitatioq; capienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possumus, & addendo deducendoq; videre, quae reliqui summa fuit, ex quo quantum cuiq; debeat intelligas.

Africanus de iure dotium, l. Deducta parte tertia, reliqua sibi dos reddatur.

Idem eodem titulo: Vno pluribus ue filiis superstibus deducta parte.

**Quandoq;** deducere, ut diximus, significat sponsam ad maritum, uel amicam ad amantem perducere.

Cicero in Verrem, actione quarta: Hic est Decimus, ad quem iste deduxerat at Tertiam Isidori Mimi filiam, ut abductam ab Rhodio tibicine, huius Tertie plus etiam quam Pippæ, plus quam cæterarum, ac propè dicam, tantum apud iustum in Siciliensi prætura autoritas ualuit, quantum in urbana Chelidonis.

Ouidius de Fastis:

Cum primum cupido Venus est deducta marito.

Terentius in Hecyra: Ut ad paucā redeam, uxorem deductit domum. Tibullus:

Vt iuueni primum uirgo deducta marito.

Hoc quoq; considerandum est, Tertia filia cum dicitur, nomen propriū, non numeri esse: nā id frequens reperitur. Cicero in Verrem actione v. Huc Tertia illa perducta per dolorem atq; insidias à Rhodio tibicine. & subdit: Sic hanc

Ter

Tertiam dilexit, ut eam secum ex provincia exportaret. Idem actione sexta: Sed eo ipso tempore cum esset in litore Tertia illa tua, quād tecum deportabas, erat in omnium conspectu.

Afconius Pædia. Nam Tertiam Scœuole filiam dimissam à Pompeio in matrimonium duxerat.

Vlpianus de condit. l. Hæc conditio: In domum mariti deducta est.

Scœuola de donat. l. Seia Sempronio cum certa die nuptura esset, antequam domum deduceretur, tabulæq; dotis signarentur, donauit tot auricos.

Papinius de iure dotium, l. Dotis: Nam si minor annis duodecim, aut maior deducta sit, tunc primum petetur.

Deducere idem significat, quod redigere.

Catullus:

Huc est mens deducta tua, mea Lesbia cura.

Postremo omis is ceteris in alio significato. Deducere significat auocare, & à proposito remouere.

Cicero in Catilinam: Si impendens patriæ periculum, me necessario de hac animi lenitate deduxerit.

Idem Terentie: Neque legis improbisimæ poena deductus est, quo minus hospitiij & amicitiae ius, officiumq; praefaret.

Deferre.

**D**eferre nomen, non est propriè accusare, sed ante accusationem apud iudicem, uel magistratum aliquem, de aliquo criminе denunciare: unde Delator dictus est, ut clare infra ostendetur.

Cicero in Verrem: Serui cuiusdam nomen defertur, is accusatur, ficti testes in eum dantur, rem cunctius senatus Catinen siuiniudicat.

Ter

Terentius: de bonis posseis, I. Eum patronum. Qui nomine detulit, accusasse intelligendus est, nisi abolitionem petat. Plaut. in Aulul. Ad trevis uiros ego defram tuum nomen. Cicero pro Cuentio: Atque ut intelligatis Cuentium non accusatorio animo, non ostentatione aliqua aut gloria ad ductum: sed nefarijs insidijs proposito ante oculos uitæ periculo, nomen Oppianici detulisse, paulo longius exordium causa rei demonstrandæ petam.

Idem in Verrem: Ego sic intelligo iudices, cum de pecunijs repetundis nomen cuiuspiam deferatur.

Ibidem: Nomen hominis audacissimi dictuli.

Idem pro M. Celio: Nisi iterum eadem de re suo familiariter absoluto nomen hic detulisset.

Idem pro Cluëtio: Et clarissima uoce se nomine Oppianici, si interfectu Marci Auriū coperisset, delaturū esse testatur. Ibidem: Nam Cuenius iudices primū nomen eius detulit. Idem Q. Cicer. Paulus noster cum testis productus esset in Sextium, confirmauit se nomen Vatinij delaturum.

Idem in Verrem: Eiusdem rei nomen detulerunt.

Ibidem: At, si liceret, nomen absentis deferre se uelle.

Ibidem: Nuper cum in Publium Gabinium uir fortissimus & inviocentissimus Lucius Piso declationem nominis postularet.

Cicero pro domo sua: Nomen Sexti Pompeij dictulit.

Idem pro Sexto Roscio Amerino: Qui Sexti Roscij nomen deferendum curauit.

Idem pro L. Muræna: Dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum.

### Describere, Exscribere.

**D**ESCRIBERE quid significet, omnes norunt, neque enim nos manifesta ac in propatulo posita uano labore tentamus,

tamus, sed latentia er minus uulgaria, que pauci curaue-re, in lucē proferimus: ut hac nostra industria non inanem ostentationem, uerū aliquam literariae reipubli utilitatem quafuisse uidcamur. Est enim alio dicendi modo Describere & Exscribere id, quod ineptissime ac barbarè potius, uulgo Copiare dicitur, uel Transumere, aut Transcribere, nouis & inuisitatis uerbis: que qui imitantur, Latinitate omni penitus indigni sunt.

Cicero Cornificio: Dicam tuis, ut cum librum si uelint, describant.

Idem Attico: Quem librum ad te mittam, si descripserint librarij.

Eidem: Poëta inceptus, & tamen scit nihil, sed est non iniustus, describo, & remitto.

Eidem: Distu eius & conciones describunt.

Eidem: Epistolam meam, quod promulgatam scribis esse, non fero moleste, quinetiam ipse mulis dedi describendam.

Ad eundem: Varroni quidem, quæ scripti te autore, ita pro puro mittere, ut iam Romanum miserim describenda. & subdit, Scripti enī ad librarios, ut fieret tuis si tu uelles, describendi potestas.

Idem in Verre: Quasi excrivendi potestatem non habret.

Idem in Antonium: Literat tibi ille mittat de sua sfp reru secundaru suarum, tu eas letus proferas, recites, describen-das etiam des improbis ciuiibus.

In Verrem: Tabulas in foro summa hominum frequentia excrivo, adhibentur in excrivedo de cōuentu uiri primarij.

Idem in Academicis questionibus: Qui se illa audiuisse Roma de Philone, & ab eo ipso illos duos libros dicerent descripsisse.

T. Liu. ab Vrb. cond. Iuſsi inclytas Solonis leges describere.

Paulus

**P**aulus: Quemadmodum testamenta & cetera, leg. Omibus: Quicunq; dederant tabulas testamentii inspicere, uel etiam describere, inspiciendi, describendiq; potestatem fasturum se prætor pollicetur.

**V**lpianus eodem tit.l. Tabularum: Diem autem ex consulem tabellarum nō patitur prætor describi, uel inspici: idcirco ne quid etiam fiat falsi.

### Dисcedere, Recedere à conditione.

**D**исcedere, Recedere à conditione, à persona, à statu, est, quod immutare conditionem, personam, statum. Cicero de Officiis: Hostis, quem nunc peregrinū dicimus, quamquam id nomen durius efficit iam uetus, à peregrino enim iam recessit.

**M**odestinus de usufructu, l. Titio: Vsusfructus inutiliter legari intelligitur, in id tempus uidelicet collatus, quo à persona sua discedere incipit.

### Dare bibere, Miserere.

**N**on multi(ut reor) aduerterunt, quonam modo proprie, atq; uno uerbo Latine dicatur Dare bibere, uel Dare potum, quod Greccanico uerbo aliqui improprie Propinare dicunt: cum Propinare propriè Prebibere sit, uel Prægustare, & id uerbum diuersis modis quandoque proferatur. Sed nos cum Latine loqui curamus, Latina potius adducimus. Miserere igitur præter alia significata, uno uerbo id est, quod duobus uerbis dicitur, Dare bibere. Vtrung; tamen elegans.

**T**erent. in And. Post deinde quod iussi, ei date bibere.

**C**ato de Re rustica: Bis in die id faciet, meridie bibere dato.

**C**icero de Finibus bonorum ex malorum: Dico ergo in eadem uoluptate eum qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens,

sitiens, & cum qui illud sitiens bibat.

Ouidius in Metamorphosi:

Arripit Iliaden, qui nunc quoq; pocula miscet,  
Inuiaq; Iouū nectar Iunone ministrat.

### Differendum, Confertum, Refertum.

**D**ifferendum & Conferendum inter se differunt: Nam Differendum id est, quod Refertum: utrumq; enim plenum significat. Conferendum uero id est, quod densum. Sed conferendum & Refertum à suis uerbis Refercio & Cōfercio descendere compéri. Differit autem uerbum, non compéri. Cicero pro P. Sextio: Ministris tum iudices corporibus ciuium Tiberim repleri, cloacas referriri. Varro de Re rustica: Quo facto non modo non desistunt pugna, sed etiam conferciunt scilicentes.

### Differendum.

Horatius in Sermonibus:

Inde forum Appi

Differtum nautis, cauponibus atq; malignis.

Idem in Epistolis:

Differtum transire forum, populumq; iubebat.

Confertum, Confertissimum & Confertim aduerbiūm.

**C**æsar in Commentarijs: Ut nunquam conferti, sed rari, magnisq; interuallis prælarentur.

Ibidem: Neq; à tanta multititudine coniccta tela, conferti uicare poterant.

**T**itus Liuius de bello Punico: Alij ad exitus theatri conferti obsistunt.

Idem ab Urbe condita: In confertos veientes cunctem ferrox uiribus transfigit.

Idem de bel. Pun. Ceteros cōfertos in media ualle recepit.

i Ibicem

## ADRIANVS CARDINALIS

Ibidem: Deinde rari in confertos illati.

Idem de bello Maced. Turba conferta iter clausit.

### Confertissimum.

Cæsar in Commentarijs: Qua parte hostium acies confertissima usitata est, erupit.

Titus Liuius ab Urbe condita: In confertissima turba prope regium tribunal constituit.

Ibidem: Eò se in turbam confertissimam recipit.

Idem de bello Punico: Per confertissimam hostium turbam impetum facit.

### Refertum.

Titus Liuius de bello Punico: In agrum Picenum, auctoriter refertum preda.

### Confertim aduerbum.

Titus Liuius ab Urbe condita: Cum confertim Romani, ut solent, densatis excepsissent scutis.

Idem de bello Punico: Quo acrius et confertim magis utring pugnabatur.

Idem de bello Macedonico: Confertim pugnant et cedunt.

### Dare negotium.

**D**are negotium, id est quod multi inepte dieunt, Committere. modus est loquendi felicissimi illius temporis, memorie cum alijs mandandus.

Cic. in Ver. Dat amico suo euidam negotium, qui tum magister erat eius societatis, ut diligenter ea ueret.

Sallust. in Catilinar. Igitur P. Vmbreno euidam negotium dat, ut legatos Allobrogum requirat.

Lentulus Ciceroni: Permissum est ijs, ut dum ipsi uenirent, darent negotium qui Asiam obtineant.

Idem Rufus: Non habui cui potius id negotij darem quam tibi.

Dare

## DE MOD. LAT. LOQ. VEND.

132

### Dare poenas.

Dare poenas, id est quod vulgo dicunt, Fecit penitentiam, sed hic modus loquendi obseruandus est.

Vergilius:

—Dabis improbe poenas.

Lentulus Cic. Spero celriter cum poenas daturum.

### Dare auribus.

Dare auribus, hoc est, offentari, blandiri.

Trichonius Cicroni: Noli putare mihi Cicero, me hoc auribus tuis dare.

### Dare se in pedes, Dare se in viam.

Dare se in pedes, Dare se in viam, modus est loquendi illorum ueterum, hoc est, pedibus fugam agere, et ad iter se parare. Posteri hunc quoq; modum, ut pleraq; de prauarunt. Plautus in Captiis: Me ne uis dem ipse in pedes?

Terentius in Eunucho: Ego me in pedes, quantum queo, in angustiis quendam desertum indo.

Cic. Terentie: In viam quod te des hoc tempore, nihil est.

### Dij faciant.

**D**ii faciant, optantis est: et hic modus loquendi perquam elegans est, significatq; id quod Utinam.

Cic. in Verrem: Dij faciant ut rei militaris, ut belli mentionem facere audeas.

### Dij meliora.

**D**ii meliora, modus optandi imperfecto sermone, sed modus loquendi ita obtinuit.

Titus Liuius de bello Macedonico: Perturbata, dij meliora inquit.

### De meliore nota commendata.

**D**E meliore nota commendata, modus dicendi illius crudelissimi seculi.

i

x

M. Curius

M. Curius Ciceroni: Sulpitio successori nos de meliore  
nota commenda. Catullus:

*Quisquis de meliore nota.*

### Dissimulare.

**D**issimulare, inter cetera est fingere, non intelligere,  
que dicuntur uel aguntur.  
Cic. Atti. Itaq; me ipsum commouerat, sic absurdè et aspe-  
re uerbis, uultuq; responderat, dissimulauit dolens.

### Aedificare nauem.

**A**edificare nauem ferè absurdum, aut nouum multo-  
rum auribus uidetur: est tamen dicendi modus apud  
ueteres usitatisimius.

Plautus in Mercatore: Aedificat nauē gerariam, et mer-  
ces emit.

Cicero in Verrem: Nauem uero maximā triremis instar,  
pulcherrimam atq; ornatisimam, palam edificatam sum-  
ptu publico, sciente Sicilia, per magistratum senatumq;  
Mamertinum, tibi datam donatamq; esse dico.

Ibidem: Legati principes, et publice tibi nauem edifi-  
catam, et priuatim seipso abs te spoliatos, expilatosq;  
esse dixerunt.

Ibidem: Qui nauis istius edificanda publicæ præfuit.

Ibidem: Nauem deniq; maximam, quam onustam furtis in  
Italiā mitteret, apud istos faciendam edificandamq;  
curavit.

Eidem: Aedificauerint ne nauem onerariam.

Eidem: De tua pecunia constare edificatam esse eam  
nauem.

Idem pro lege Manilia: Qui posteaquam maximas edifi-  
casset, ornassetq; classes.

Cæsar in Commentarijs: Imperat quos legionibus præfi-  
cerat,

terat, uti quam plurimas possent naues edificandas, ue-  
teresq; reficiendas current.

### Es & Ades.

**E**s, et Ades, indicatulum est imperatiuum est, sed im-  
peradi modo ab antiquis uoce Es frequetius, quam sis  
dicitur: quod iam in desuetudinem per negligentiam uenit.  
Terentius in Andria: Ades dum, paucis te uolo.  
Idem in Adelph. Modo bono animo es, duces uxore hanc.  
Respondetur: Bono animo es, inquis?

Cicero in Sominio Scipionis: Quem ut agnoui, corrui, sed  
ille, Ades, inquit, animo, et omittit timorem.

Vergilius:

Huc ades ô Galathæ.

Horatius:

Si me amas, inquit, pàcum huc ades.

### Extra iocum.

**E**xtra iocum dicebatur à ueteribus, cum quid serio,  
non ioco dicere se uelle dicebant. Modus est dicendi  
pulcherrimus.

Cicero Trebatio: Sed mehercle extra iocum, homo bel-  
lus est.

Idem Caio Volumnio: Sed mehercle extra iocum ualde  
mihi tua literæ facete, elegantesq; uisc sunt.

Idem Peto: Sed hercle mi Peto, extra iocum moneo te.

### Exacta.

**E**xacta dicebantur perfecta.

Horatius:

Sed emendata uideri

Pulchraq; et exactis nimium distantia, miror.

Esse curae, uoluptati, sollicitudini.

**E**sse cure, Esse uoluptati, Esse sollicitudini, Esse sola-  
tio, Esse lœtitiae, Esse impedimento, Esse lucro, Esse  
damno,

damno, Esse sumptui, Esse saluti, Esse usui, Esse honoris  
et huiusmodi loquendi modi, maximam orationi afferunt  
elegantiam.

Plautus in Cinctellaria: Multisq; damno, et mibi lucro si-  
ne sumptu eris.

Ibidem: Que neq; illa illi quicquam usui fuit.

Varr. de Rust. Ut domino sint fructui ac delectationi.

Cicero in Bruto: Iustum ipsum quidem inquitum Brute, dico  
librum mibi saluti sufficere.

Ibidem: Quod tibi aut nouum, aut tanto usui posset esse.

Idem senatus populoq; Romano: Quod mihi maxima  
letitiae fuit.

Idem Catoni: Mibi ut in huiusmodi re tanto bello maxi-  
mae curae est.

Idem Tironi: Magne nobis est sollicitudini ualeudo tua.

Eidē: Cupiditas ceterorum hominum impedimento mibi fuit.

Idem pro Lucio Cornelio Balbo: Et magno usui nostra  
reipublica fuissent.

Vergilius:

Non erit auxilio nobis Aetolus et Arpi,

At Mespas crit.

Mittere subsidio, Venire auxilio,  
Relinquere praesidio.

**M**ittere subsidio, venire auxilio, et relinquere pra-  
esidio, obseruandum maxime est, elegancia non par-  
ua insigne.

Cæsar in Commentar. Legiones, quas praesidio nostris  
miscerat. et populo post, Quos sibi subsidio reliquerat.

Excludi tempore, aut temporis spatij.

**E**xclusum tempore, aut temporis spatij, id quod nos  
nouum modum introducentes, dicimus impeditum,  
ueteres illi uno eodemq; modo dixere, pauci hactenus (ut  
arbitror)

(arbitror) obseruauerunt.

Cicero in Verrè: Angustijs temporis excluduntur omnes.

Idem Attico: Que enim soluto animo familiariter scribi  
solent, temporibus his excluduntur.

Idem in Verrem: Hi postquam temporibus exclusi, per  
senatum agere que uoluerant, non potuerunt.

Idem de Oratore: Aut temporibus exclusi, aut uoluntate  
sua feriati.

Idem in Vatinium testem: Ut exclusus miser puncto tem-  
poris, spoliaretur beneficio et aequitate legis.

Cæsar in Commentar. Ne anni tempore navigatione ex-  
cluderentur.

Ibidem: Tempore exclusus non uenit.

Ibidem: Exclusus diei tempore, in posterum oppugnatio-  
nem differt.

Vergilius:

Spatij exclusus inquis.

Pomp. de ædilitio edicto, l. Si tamen: Non nocebit emplo-  
ri, si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus, uelit  
intra annum estimatoria agere.

Papinius ad senatus. Turpil. Quærebatur an ij, qui ab  
accusatione tempore exclusi essent, in senatuscon. Turpi-  
lianum incidenter et subdit: Qui præscriptione tempo-  
ris exclusi, causam adulterij perferrere non potuerunt.

Idem de decurionibus, l. Spurij: Si præscriptione temporis  
exclusus fuerit, non tenebitur.

Paulus de inofficio testamento, l. Si proponas: Idemq;  
crit, si tempore exclusus sit.

Iulia. de bō libertorum, l. Si libertus: Si non potierit bono-  
rum possessionem, tempore exclusus, uel repudiauerit.

**Q**uid sit Ex sententia, et Ex animi sententia, Ex a-  
nimō: trito fere dicendi modo in promptu est, idq;  
signifi

i 4

significat, quod ex voluntate, ex desiderio, ex iudicio. Sed aliqui noue & incepto (omissa eiusmodi elegantia) Ad uolum dicunt. Præter sententiam autem id est, quod contra uoluntatem, uel opinione, uel desiderium.

### Ex sententia.

Plautus in Captiuis: Si reuueniam huc ex sententia.  
Idem in Mercat. Nocte hac quieti non satis ex sententia.  
Teret. in Hecyr. Spero hanc rē euenturā nobis ex sententia.  
Cic. Furnio: Si non ista ex sententia essent conselta.  
Idem de Officijs: Non enim falso iurare, peccare est, sed quod ex animi tui sententia iuraris.  
Sallustius in Iugur: Nam me quidem ex animi sententia nulla oratio ledere potest.  
Cicer. in Academicis questionibus: Conscendens nauem sapiens, num comprehensum animo habet atq; perceptum, se ex sententia navigaturum?  
Idem de Natura dcorū: Multa oracula declarantur, multa uaticinationibus, multa sonnijs, multa portentis: quibus cognitis, multæ s̄epe res ex hominum sententia atq; utilitate partæ, multa etiam pericula depulsa sunt.

### De sententia.

Cicer. Atti. Quid sentis igitur? Nihil nisi de sententia tua.  
Eidem: Scribantq; ad Cesarem, me quicquid fecerim, de sua sententia fecisse.

Idem in Verrem: De consilij sententia iudicas.

Ibidem: Eos sine consilij sententia, à supplicio liberauit.

Ibidem: Et de consilij sententia Mamertinis se frumentum non imperare pronunciavit.

### Præter sententiam, & Aduersus animi sententiam.

Plautus in Mercatore: Omnia mihi eueniunt hodie præter sen-

ter sententiam.

Ibidem: Ut ne litiges aduersus animi sententiam.

### Ex animo.

Cicero in Piso. Evidem dicam ex animo quod sentio.

Idem Attico: Te autem alienum hominem amant ex animo.

Idem Cornificio: Huic tu libro maxime uelim ex animo, si minus gratia causa suffragere.

Catullus:

Atq; id sincere dicat, ex animo.

### Mea sententia, Manere in sententia.

**M**ea sententia, Manere in sententia, De sententia deducere, Sententia desisterere, In sententia esse, & huiusmodi elegantissimi dicendi modi obseruandi præcipue sunt.

Cicer. in Bruto: Quem uero extet, & de quo sit memoria proditum, eloquentem fuisse & ita esse habitum, primus est M. Cornel. Cethegus, cuius eloquentiae est autor, & idoneus quidem mea sententia, Qu. Ennius.

Idem Attico: Plane hoc mihi explices uelim in primis, maneras ne in sententia, ut mittam ad eum que scripti, an nihil necesse putes.

Eidem: Quid enim nostri optimates (si qui reliqui sunt) loquentur? an me aliquo præmio de sententia esse deductus?

Idem in Academicis questionibus: Coepit hortari, ut sententia desisterem.

Idem Attico: Me miserum, quam omnia essent in sententia, si nobis animus, si consilium, si fides eorum, quibus credidimus, non defuerit.

**Q**uot dicendi modi, quam' ue eleganter, & apposite ab hoc nomine Actas, quasi candidissimi riuuli à quodam Latinitatis fonte deducuntur? quorum nonnullos hanc, in frag; descripsi, ut ad manum sint imitoribus.

**Acta ætas.**

Plautus in Trinummo: Mibi quidem ætas acta est.

Cicero de Senectute: Sed honeste æta superior ætas, fru-  
ctus præbet autoritatis extremos.

**Exacta ætas.**

Terentius in Adelph. Nunc exacta ætate hoc fructu, pro  
labore ab ijs sero odium.

Cicero de Orat. Aetate exacta, indigem liberum lacerasti.

Idem de Senectute: Cum esset iam exacta ætate in agris,  
eosq; colcret.

Idem in Verrem: Patri exacta ætate.

Ibidem: Hoc tantu, exacta ætate, laboris iuinerisq; suscepit.

Titus Livius ab Urbe cōdita: Venerabilis uiri, & exacte  
iam ætatis.

Ibidem: Aetatis iam exactæ Camillus erat.

**Affecta ætas.**

Cicero de Oratore: Qu. Mutij ianua & uestibulum, quod  
in eius infirmissima ualeutidine, affectaq; iam ætate, maxi-  
ma quotidie frequentia ciuium, ac summorum hominum  
splendore celebratur.

**Senecta ætas.**

Plautus in Trinummo: Hic ille est, senecta ætate qui factus  
est puer.

Idem in Mercatore: Senecta ætate scortari senes.

Idem in Aularia: Quem senecta ætate ludos faciat haud  
merito nico.

**Prouecta ætas.**

Cicero in Tusculanis: Ex ijs igitur hora octaua, que mor-  
tua est, prouecta ætate mortua est.

**Præcipitata ætas.**

Marius Ciceroni: An quod adolescentis prestiti, cum etiam  
errare

errare cum excusatione possum, id nunc ætate præcipitata  
commitem, ac me ipse retexam?

**Adulta ætas.**

Cicero in Verrem: Adulta ætate filius.

**Confectus ætate.**

Vergilius: Confectum ætate parentem.

Cæsar in Comment. Non ætate confectis, non mulieribus,  
et non infantibus pepercerunt.

**Ingrauescente ætate.**

Cicero de Amicitia: Immutari citã, mores hominum saepe  
dicebat, alios aduersis rebus, alios ætate ingrauescente.

**Ineunte, & Ab ineunte æta-  
te, & adolescentia.**

Cicero pro L. Cor. Balbo: Et ab ineunte ætate, relicta suis  
rebus omnibus, nullius periculi expertem fuisse.

Idem pro Deiotaro: Quibus ille studijs ab ineunte ætate  
se imbuferat.

Idem in Vatinium testem: Atque illud tenebriscofissimum  
tempus ineuntis ætatis tuae patiar latere.

Idem pro lege Manilia: Ineunte adolescentia, maximi ipse  
exercitus imperator.

Sic etiam dicitur Ineunte uere,  
ætate, hyeme:

Cic. de Offic. Itaq; ineunte uere in ijs, que relicta sunt, &c.

Ibidem: Ineunte ætate suscepit, media ætate confecit.

Idem in Antoniu: Cum ab ineunte ætate res maximas ge-  
rere coepisset.

Idem de Amicitia: Atq; earum rerum exemplum & simi-  
litudinem capiebat ineuntis ætatis.

Idem pro lege Manilia: Sed mœ uitæ rationes ab incun-  
te ætate suscepit, prohibuerunt.

Cæsar

Cæsar in Commentariis: Duas legiones in citeriore Gallia nouas conscripsit, & in euntes aestate in interiorem Gallicam qui dederet, Quod Pedium legatum misit.

Idem pro rege Deiotaro: Commendationemq[ue] incuntis aetatis ab impietate & ascelere duxerit.

### Viuere aetatem.

Plautus in Amphitryone: Eo modo, ut profectio uiuens aetatem miser.

Cicero in Catone maiore de Nestore: Tertiam enim aetatem hominum uiuebat.

### Degere aetatem, & uitam.

Plautus in Cistellaria: Quid ego illum mibi ueni exoptauis, quicum aetatem degere.

Cicero pro P. Sylla: Ut cum Lentulo & Catilina & Cethego fecidissimam uitam & miserrimam, turpisima morte proposita, degeret.

Idem pro Roscio: Per se licet innocentia, amicorum opibus uitam in egestate degere.

Ibidem: Inter fratres fratris est aetatem degere.

### Agere aetatem.

Plautus in Trinummo: Vtra in parte plus uoluptatis sit uitæ ad aetatem agendam.

Ibidem: Cuncti qui aetatem egérunt caste conueniant.

Idem in Mili. Vbi pulcherrimus egi aetatem, inde abeo.

Idem in Bacchidibus: Hic nostra agetur aetas.

Idem: Si non mecum aetatem egisset, hodie stulta uiucret.

Cicero Trebatius: Qui domi, aut per insidiosa loca iturus, aut aetate confectus, aetatem agerent.

Cicero in Bruto de Theophrastor: Cum percontaretur ex anicula quadam, quanti aliquid uenderet. & respondisset illa, atque addidisset, hospes non potes minoris: tuisse eum mole

moleste, se non effugere hospitis speciem, cum aetatem ageret Athenis.

### Exigere aetatem.

Plautus in Trinummo: Dedit meam gnatam, qua cum aetatem exigat.

Idem in Cistell. Vnum amare, & aetatem cu illo exigere.

Ibidem: Tecum uiuere uult, atque aetatem exigere.

Idem in Milite: Tecum ut aetatem exigere liceat.

### Sic etiam in passiuo, Degitur uita, &

### Viuitur uita, dicitur.

Cicero de Finibus bonorum & malorum: Ea uita, quæ ex summo bono degitur.

Ibidem: Beatam autem uitam can-solam, quæ cum uirtute degatur.

Idem de Officijs: Viuere arbitror, & eam quidem uitam, quæ est sola uita uocanda.

Idem in Verrem: Quo tutiorcm uitam esse me præsidio uicturos esse arbitrarentur.

### Ex usu.

Ex usu esse, hoc est quod cōducat, quod expedit, quod utille sit. Modus est elegans dicendi.

Terentius in Eunuch. Ad omnia hac, magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est.

Idem in Heautont. Nunc ait, Periculum ex alijs facito, tibi quod ex usu siest.

Plautus in Mercat. Verum non ex usu modo est.

### Edormire crapulam, Indormire caue,

### & Exhalare crapulam.

Descendus & hic elegans dicendi modus, Edormire cum accusatuio, Indormire cu datiuo: quos princeps bonarum literarum Cicero uno eodemq[ue] loco conclusit.

Cicero

Cicero in Philippicis: Edormi crapulam inquam & exhalas: an faces ad mouenda sunt, que te excitent tante cause indormientem?

Plautus in Rudente: Ut edormiscam hanc crapulam, quam potuai.

Idem in Mostell. Omneq; obdormiri crapulam.

Idem in Amphitryone: Paulisper mane, dum edormiscat unum somnum.

Terentius in Adelphis: In angulum aliquo abeam, atque edormiscam hoc ulli.

Ciceron in Verrem: Quondam etiam Apronianis conuiujs crapulam exhalassent.

#### Extrahere dicm, iudicium.

**E**xtrahere dicm, extrahere iudicium, eo loquendi modo prisci illi uerae Latinitatis proceres utebatur, cum diem uel iudicium trahi in longum aut differri, significare uolebant.

Cæsar in Comment. Catonem uero accrimine repugnanti, & pristina confuctudine dicendi mora dies extrahentem, ut sui ratio absentis haberetur.

Ibidem: Sic triduum disputationibus, excusationibusq; extrahitur.

T. Luius ab Urbe condita: Cunctando extraxerat diem.

Idem de bello Punico: Extracta tamen autoritatibus seniorum per aliquot dies res est.

Idem ab Urbe condita: Res in annum extrahitur.

Ibidem: Extractum in textrum, annum bellum est.

Ibidem: Extracta utraq; res in consulum aduentum est.

Idem de bello Pun. Extracti rem in suum aduentum iussit.

Idem ab Urbe condita: Quibus cum extrahi a statim posse crederent.

Ibidem

Ibidem: Extrabi tamen diutius certamen potuisse.

Paulus ad exhiben.l. Si optione intra certum tempus data, judicium extractum est in id tempus, quo frusta exhiberetur.

#### Ecce cum Tibi constructum.

**E**cce, huic aduerbio sere semper Cicero, & alij eius seculi Latinitatis principes, Tibi addidicunt: Ut ecce tibi, quod adhuc Romani uulgo obseruant.

Ciceron ad Atticum: Epistolam cum à te timide expectarem ad uesperam, ut soleo, ecce tibi nuncius pueros uenisse Romanos.

Ad eundem: Cum hec maxime scriberem, ecce tibi Scobus.

Ad eundem: Misericordia ad te nono Calend. exemplum epistole Balbi ad me, & Cæsaris ad eum: ecce tibi, eodem die Capuae literas accepi à Qu. Pedio.

Eidem: Ecce tibi, & Bruti, & tua literæ.

#### Ouidius de Arte:

Ecce tibi similis.

Ciceron de Officijs: Ecce tibi: qui rex populi Rom. dominusq; omnium gentium esse concupierit.

Idem pro Cluentio: Ecce tibi eiusmodi sortitio.

#### Esse malo, Esse bono.

Cic. pro Cluen. Postremo id, quod maximo malo illi causa fuit, hoc ipso in loco, quasi reus ipse esset, sedebat.

#### Ouidius de Nuce:

Præda malo Polydore fuit tibi.

Ciceron pro Milone: Itaq; illud Cassianum, cui bono furrit, in his personis ualabit.

#### Esse numero, Haberi numero.

**E**sse numero, & Haberi numero.

Varro de Re rustica: Minus se putant defici, atque aliquo

aliquo numero haberi à domino.  
Cicero in Philippica: Homo nullo numero, nihil illo contemptus.

### Excepto.

**E**xcepto quod, modo hoc loquendi utebantur antiqui  
in eadem significatione, qua preterquam.

Ouidius de Ponto:

In quibus, excepto quod adhuc utcunq; ualemus,  
Nil me præterea quod iuuet inuenies.

Horatius:

Excepto quod non mcccum esse, cætera latus.

### Aestimare litem.

**I**ncidi etiam se penumero in eum, modum loquendi, quo probatisimi quiq; autores usi sunt. Aestimare enim litem, et litis aestimatio, frequenter apud eos dictum: quod cum diligenter rimatus esset, compiri Aestimare litem, esse uidelicet, dum controversia inter aliquos erat, et iudicis, uel alterius arbitrio reus condemnabatur, ut tantum solueret, quanti ipse legitime aestimasset. Quandoq; etiam capitis lis aestimabatur, ut infra ostenditur. Cicero in Verre: De litibus aestimatis Gnei Dolabellæ pecunie redactæ.

Ibidem: De litibus aestimatis Gnei Dolabellæ.

Ibidem: Sc̄ptcrijs decem et octo lis aestimata s̄t.

Ibidem: Quod de pecunijs repetundis lis aestimata s̄t.

Cæsar in Comment. Arbitros inter ciuitates dat, qui litem aestiment, poenamq; constituant.

Paulus de Solutionib. l. Stichum: Si possessor corpus, aut litis estimationem præstitit, ea res tibi proderit.

Asconius Pædia: Quid est reum fieri, nisi apud prætorem legibus interrogari? Cum enim in ius uentum esset, dicebat accusator apud prætorem reo: Aio te Siculos ffoliasse.

Si tacu-

Si tacuisset, lis estimabatur ut uicto. Si negasset, petebat à magistratu dics inquirendorum eius criminum, et instituebatur accusatio.

Idem: Lis aestimata sit, hoc est, pecunia de qua lis s̄t, et propter quam condemnatus est, in summam redacta, qua de eius rebus exigeretur.

Idem: Ita se habet, ut si coniunctus reus sit atq; damnatus, pecuniam reddat aestimata lite: hoc est, in pretium redactis omnibus furtis: quam summam pecuniae, proscriptis eius bonis, factores curabant.

Neratius depositi: Si fideiussor pro te apud quem depositum est, in litis aestimatione damnatus sit, rem tuam fieri.

Idem codem titu. Litem à iudice aestimari debere.

Iulianus de actione rerum amotarum. l. Si propter res amotias egero cum muliere, et lis aestimata s̄t, an actio ei dannata sit. Et subdit: Respondit, qui litis aestimationem suffert, emptoris loco habendus est.

Cicero pro Cœlentio: P. Septimio Sc̄euolæ litem co nomine aestimatam.

Ibidem: Quibus damnatis de pecunijs repetundis lites es- sent aestimate.

### Aestimare capitis.

Cicero pro Cœlentio: Pugnatum est, ut lis hec capitis aestimaretur.

Euello facit Euelli, non Euulsi.

**E**uello in præterito apud bonos autores euelli facit, non euulsi, ut aliqui recentiores uoluerunt.

Cicero pro P. Sextio: Qui in concione palam dixerint lingam sc̄ euellisse Marco Catoni.

Idem in Verrem: Crucem, que etiam nunc ciuiis Romani. sanguine redundant, que fixa est ad portum urbemq; ue-

k stram

stram, reuelisti.

Ibidem: Gorgonis os pulcherrimum cinctum angibus, reuelit atq; abstulit. Vergilius:

Non patris Anchise cincres, manus ue reuelli.

Idem:

- Telumq; alta ab radice reuellit.

Idem:

- Et quos Sidonia uix urbe reuelli,

Rursus agam pelago.

Cicero in Verrem: Tum illa ex patellis et turibulis, que uellerat, ita forte in auris poculis illigabat.

Plautus in Amphitryone: Na ego homo infelix fui, qui non das interuelli.

Cicero de Oratore: Omncm coru[m] importunitatem ex int[er]mis mentibus euellisset uis orationis tuae.

Ouidius de Amoribus:

Prima iugis tauro[s] supponere colla coegit,  
Et ueterem curvo dente reuellit humum.

Extra, Absq;

**A**Duerti Extra et Absq; eleganter posita esse loco Preter: quod iam pridie ab omnibus pa[ri]bus praetcriu[m] est.

Plautus in Amphitryone: Nemo extra unum te.

Terentius in Phormione: Neq; cognatus extra unam animalum quisquam aderat.

Idem in Hecyra: Quam fortunatus sum taceris in rebus, absq; una hac.

Cicero in Catilinam: Nemo est extra istam coniurationem perditorum, qui te non metuat.

Idem in Verrem: De te Cæcili iam meherde hoc extra hanc contentionem, certamenq; nostrum, familiariter tecum loquar.

Idem

Idem Mario: Extra ducem paucosq; præterea, de principibus loquor, reliqui primum in ipso bello rapaces.

Varro de Re rustica: Præterea extra familiam debuit dice re ullicum et ullicam.

Cic. pro domo sua: Ciuis est nemo tanto in populo, extra contaminatam illam et cruentam P. Clodij manum, qui rem ullam de meis bonus attigerit.

T. Livius ab Urbe condita: Ipsi[os] liberosq; eorum, et coniuges uendendas, extra filias que nupsissent.

Ibidem: Calatinos, Sabinos extra quam qui corum, aut ipsi,

aut paretes eoru[m] apud hostes essent, liberos esse iusserrunt.

Ibidem: Extra banc multitudinem Hispanorum obsides erant.

Ibidem: Extra prædam quatuor millia deditorum habiti.

Ecquid, & Ecqua.

**A**Ttendant, quæso, boni[rum] literarum studio[s], uel ad minima quæque diuini illius eruditissimiq; seculi.

Nusquam enim tota magis elegancia uersatur, quam apud has paruulas clausulas, quibus quasi clauiculis compacta Latinitas sustinetur.

Ez, particula, à nullis (ut reor) Grammaticis tractati, multa cum uenustate interrogat. Est enim per modū quendam loquendi in Latinitatem inducta.

Plautus in Captiuis: Rogo Philocratem ex Aulide, ecquis omnium nouerit.

Idem in Rudenc: Hucus ecquid in villa est? ecquis recludit? ecquis prodit?

Idem in Sticho: Dum percontor portatores, ecqua[n]e nauis uenerit ex Asia.

Idem in Captiuis: Percontabor ecquis adolescentem nouerit.

k 2 Idem

*Idem in Mercatorē: Ecquā adūexisti tuē matri ancillam  
à Rhodō?*

*Terent. in Eunuch. Ecquid nos amas de fidicinā hac?*

*Idem in Eunicho: O populares, ecquis uiuit me hodie fortunatōrē?*

*Cicero in Verrem: Ncgotium dat illis suis comitibus ne-  
quissimis, turpisimisq; hominib; ut uideant et inuesti-  
gent, ecque uirgo sit an mulier digna, quamobrem iste  
Lampsaci diutius commoraretur.*

*Idem: Nulla ui retineri, nullo periculo prohiberi posse, quo  
minus experirentur, ecquid apud eos querimonię uale-  
rent antiquissimorum fidclissimorumq; sociorum.*

*Idem Attico: Quod quæreris, ecque spes pacificationis sit:  
quantum ex Pompeij multo et accurato sermone perspe-  
xi, ne uoluntas quidem est.*

*Ibidem: A Curione uelim scire ecquid ad te scriptum sit de  
Tirone,*

*Idem in Academicis quæstionib; Ecque poterit in a-  
gnoscendo esse distinctio.*

*Idem in Vatinium testim: Deinde interrogares: ecquos nam  
alios posset nominare.*

*Cicero Attico: Quæso, ecquod tantum malum putas, quod  
in mea calamitate non sit?*

*Eidem: Ecquis unquam tam ex ampio statu, tam in bona  
causa, tantis facultatibus ingenij, consilij, gratiae, tantis p̄re-  
fidijs honorum omnium concidit?*

*Vergilius:*

*Ecquid in antiquam uirtutem animosq; uiriles,  
Et pater Aeneas, et auunculus excitat Hectorē?*

*Idem:*

*Ecque nam pucro est amissæ cura parentis?*

*Ca tullius*

*Catullus.*

*Ecquid nam in tabulis pater lucelli expensum?*

*Titus Liu. ab Urbe cond. Ecquid sentitis uos Quirites?*

*Idem de bello Punico: Respondent, ecquis Latini nominis  
populus defecerit ad nos: deinde, ecquis homo ex quinque  
et triginta tribubus ad Hannibalem transfligerit?*

*Ibidem: Ecquos legatos ad Hannibalem Romani misserint  
de pace? Ecquid denique mentionem Romae factam effet?*

*Idem ab Urbe condita: Ecquid pr̄sidij unquam habueris?*

*Ecquem in castris consulem? ecquem exercitum iuuentutis?*

*Ibidem: Ecquis sequeretur corum?*

*Idem de bello Macedonico: Percontatus est, ecquam anima*

*Ebutiam ex Auentino nosset.*

*Cicero pro lege Manilia: Ecquam putatis ciuitatem paca-  
tam fuisse, que locuples sit?*

*Idem pro Cluentio: Videamus ecquid aliud iudicium, quod  
pro Cluentio sit, proferre possumus.*

*Exaudire.*

*Q* uanta, bone deus, confidentia multos, et eos non  
omnino in Latinitate spernendos, cepit in composi-  
tione huius uerbi Exaudio putant enim et pro comperto  
habent, differentiam esse inter illud, et Audio: Nam Audi-  
re simpliciter dici, Exaudiri autem quod audiatur, admitti  
credunt, ut si dicas, Oraui ut meas audiret preces: at ille  
non modo id libenter fecit, uerum etiam eas exaudiuit.  
Quam differentiam esti à multis fieri plerique intelligunt,  
non tamen (quod sciām) uera est, quin potius idem omnino  
utroque uerbo significari, qui quas infra scripsi autorita-  
tes legerit, liquidò deprehendet.

*Cicero ad Senatum de reditu suo: Ut qua uoce te Romu-  
le post Urbe conditam consul usus esst pro uniuersa re-*

*k 3 publica*

publica apud eos solum, qui eius uocem exaudire possent.

Vergilius:

Hinc exaudiri gemitus, & seu sonare

Verbera. Ibidem:

Hinc exaudiri gemitus, ireq; leonum

Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum.

Idem:

Vox quoq; per lucos uulgo exaudita silentes.

Idem:

Sive extrema pati, nec iam exaudire uocatos.

Idem:

Hinc exaudiri uoces, & uerba uocantis

Visa uiri. Ouidius in Metamorphosi:

Pyrame responde, tua te charissima Thisbe

Nominat, exaudi, uultusq; attolle iacentes.

Ibidem:

Tibi Nesse biformis,

Dicimus exaudi, ne res intercipe nostras.

Ibidem:

Non exaudit rubuerunt sanguine uatis.

Ibidem:

At in ædibus ingens

Murmur erat, uocesq; hominum exaudire nidebar.

Horatius:

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis.

Edere.

**E**dere, præter alia significata, quæ nota sunt, modos  
occultiores habet loquendi. Dicitur enim Edere spi-  
ritum, quod est agere animam: Edere scelus, quod est per-  
petrare: Edere stragē, quod est facere: Edere nomen, quod  
est dare: Edere sonos, id est proferre: Edere librum, hoc est  
publicare

publicare.

Edere sp̄iritum.

Cicero in Antonium: Cuius in complexu libenter extre-  
mum uitæ sp̄iritum ediderim.

Edere scelus.

Ibidem: Postea quod scelus, quod facinus parricida non  
edidit?

Idem pro Publio Sextio: Tamen illisceleri quod in me illo-  
rum immanitas edidit, haud scio an hoc recte proximum  
esse dicam.

T. Liu. ab Urbe condita: Si quicquam sceleris, quod homo  
in homines edere potest, non prætermisit.

Edere stragē.

T. Liu. ab Urbe condita: Tantoq; maiorem stragēm edi-  
dere, quam inter hostes ediderat.

Cicero ad Atticum: Cum is meo nomine ad inuidiam ute-  
retur, dū immortales, quas ego pugnas et quantas strages  
edidi?

Edere nomen.

Titus Liu. ab Urbe condita: Ut redimendi potestas fie-  
ret, iusq; nomina edere: et cum c. ferme ederent, senatus-  
consultū factū est, ut legati eos Carthaginieſibus redderet.  
Idem de bello Macedonico: Edit nomina corum, quibus cons-  
uentis opus esset.

Edere sonos.

Ouidius in Ibl:

Sedit in aduerso nocturnus culmine bubo,

Funereoq; graues edidit ore sonos.

Vergilius:

Vix hec ediderat, cum effusis imbribus atra

Tempeſtas ſinc more furit.

## Edere librum.

Cicero de Divinatione: Vnum l. brū Diogenes edidit, eius  
auditor duos Antipater.

Idem de Fato: In ijs libris, quos de divinatione edidi.

Idem Attico: Ut me roget, ut annales suos emendem, et  
edam. Cic. pro P. Sylla: Non occultauit, non continui domi,  
sed describi ab omnibus statim librarijs, diuidi paſsim, et  
peruulgari, atq; edi Po. Ro. imperauit.

## Edere scriptum.

Cicero in Verrem: Ede mihi scr. ptum, quid argenti in pro-  
uincia Sicilie parāris. Et subdit: Nec scriptum habeo, nec  
possum edere.

## Edere prælium.

Titus Livius de bello Macedonico: Regia statio atrocissi-  
mum prælium edebat.

Idem ab Urbe condita: Memorabile illud edidit prælium.

## Edere clamorem, &amp; pugnam.

Ibid. Edidit clamore, ut auerteret etiam pugnantiū animos.

Ibidem: Maior quam pro numero hostium editur pugna.

## Edere munus gladiatorium.

Ibidem: Ad munus gladiatorium edendum rediit.

## Edere oracula.

Cicero de Divinatione: Sed quod caput est, cur isto modo  
iam oracula Delphis eduntur?

Ibidem: Oracula edere putas.

## Edere ignem.

Titus Livius de bello Maceonico: Editus ab Hannibale  
ex compoſito ignis est.

## Edere annos.

Ouidius de Arte amandi:

Dum licet, & ueros etiam nunc editis annos.

Edere

## Edere cædem.

Titus Livius ab Urbe condita: Deinde multa iam edita cæ-  
deſenecit pugna.

## Edere signum.

Ibidem: Edito è ſpeculis signo.

## Edere exempla avaritiae, &amp; feueritatis.

Cicero Attico: Ede exemplum feueritatis tue.

Titus Livius ad Urbe condita: Cum multa auritiæ feda  
exempla ederentur.

## Edere rufus.

Cicero Attico: Miros rufus uos edere, cum ille ignarus ſuę  
comitatus repente aperuit lecticam, et pene ille timore,  
ego riu corru.

## Edere foetus.

Cicero de Oratore: Subacto mihi ingenio opus eft, ut agro  
non ſemel arato, ſed nouato et iterato, quo meliores foetus  
poſbit et grandiores edere.

## Editiſſimum.

Titus Livius ab Urbe condita: Editiſſimam urbis partem  
ſcandunt.

## Edere iudicium.

Cic. pro P. Sylla: Sed tamen abs te Torquate quero, cum  
iudicis tuus inimicus eſſet, et eſſet eius rei frequens ſenā-  
tus, et recens memoria testis, tibi meo familiari et coni-  
beriali, prius etiam edituri iudicium fuerint.

Est quod, Nihil eſt quod.

**Q** uod multi, Eſt opus, Non eſt opus, Non oportet,  
**Q** uod expedīt, aut Quid oportet? bonis alioqui uer-  
bis, ac Latinis, ſed non ita aptis, aut appofitis dicunt: perfe-  
cti illi Latini, Eſt quod, Nihil eſt quod, aut Non eſt quod,  
aut Quid eſt quod, dicebant.

k 3 Plautus

Plautus in Aulularia: Iam ad te reuertat, nam est quod uisum domum.

Terentius in Heautontimorume. Nam nihil est illic quod moremur diutius.

Idem in Eunu. Nihil est quod dicas mihi, querebam alium.

Cicero Torquato: Nihil est quod pro malis temporum molestie feras.

Idem Terentie: De familia liberata nihil est quod moncat.

Idem Trebonio: Epistolæ copiose et suauiter scriptæ, nihil est quod multa respondeam.

Idem pro Sylla: Quare nihil est quod ex tanto comitatu virorum amplissimum me unum abstrahat.

Idem Attico: De spirastris cohortis meæ nihil est quod doleas.

Eidem: Si nondum profectæ sunt, nihil est quod se moueat, quoad perspiciamus quo loci sit res.

Idem: De Britannicis rebus cognoui ex tuis literis nihil esse, nec quod metuamus, nec quod gaudeam.

Ibidem in L. Pisonem: Nihil est quod me invites.

Idem Attico: De Apuleio quid est quod labores?

Ibidem: Tullum scribam nihil fuit quod appellares.

Eidem: Nihil est scilicet quod de Cotta cogitemus.

Idem ad Lentulum: Dignitatem quidem illam consularē fortis et constantis nihil est quod cogitemus.

Idem Quinto fratri: Nihil est quod uerare: ego enim ne puto quidem minus te amabo.

Idem de Nat. deorū: Tunc Cotta, si inquit, liber Antiochi nostri, qui ab eo ad Balbum nuper missus est, uera loquitur, nihil est quod Pisonem familiarem tuum desideres.

Idem in Ver. Nihil erit quod me agere arbitretur iudicium sine magno multorum periculo posse corrumpi.

Idem

Idem Terentie: Excruciat me ualeudo Tullie nostræ, de qua nihil est quod ad te plura scribam.

Idem Q. fratri: De cius eruditione quod labores, nihil est.

Idem Tironi: Nihil est quod festines, nec quicquam cursus nisi uales.

Brutus et Cassius Antonio: Quādo consul arma minetur, quorum fiducia nihil est quod nos terreas.

Vergilius in Bucolicis:

Si ad uitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.

Idem:

Nihil est quod dicta retractent

Ignauī Aeneade.

Papinianus de captiuis, l. Quod si secus: Nihil est quod de secundis tabulis tractari posset.

Cicero Quinto fratri: Trebatum mecum quod isto admisceas, nihil est.

Idem Terentie: In uiam quod te des hoc tempore nihil est.

Terentius: Non est quod deterram. Horatius:

Nihil est quod multa loquuntur.

Cicero in Verrem: Cohortem autem Metelli, quam uocat, quid erat quod corrumperet?

Pompeius de operibus libertorum, l. A duobus: Nihil est quare non detur.

**Excipere.**

**E**xcipere quid sit, cum à vulgari publicaque significacione discesseris, multis incognitum esse arbitror, quod mihi satis uidetur investigasse, nec paruo nec inutili labore. Est enim Excipere, quod cauere aut prescribere, ut inferiorius notata clarius ostendent.

Varro de Re rusti. In emptioribus iure uitimur eo quod lex prescripsit, in ea re alijs plura, alijs pauciora excipiunt.

Quidam

**Q**uidam enim pretio factio in singulas oves , ut agni cordi duo pro una ove annumerantur, et si cui uictestate dentes absunt, item binae pro singulis ut procedant.

**I**bideM: Aliter dico atque ficit, quod capras fanas, fanus nemo promittit, nunquam enim sine febre sunt, itaque stipulantur paucis exceptis uerbis.

**C**ic. ad Q. fratrem: Cumq; nominatim lex exciperet, ut ad templum monumentumq; capere licaret.

**I**dem de legibus: Qua in lege cum esset, ne ue aurum addito, quam humane excipit?

**I**dem pro Cluentio: Quapropter in omnibus legibus quibus exceptum est, de quibus causis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare: hæc ignominiae causa prætermissa est.

**I**dem pro Cornelio Balbo: Quorum in foederibus exceptum est, ne quis eorum à nobis ciuis recipiatur: quod si exceptio facit ne liceat, ibi necesse est licere. Vbi est igitur exceptum foedere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat ciuitatem? et subdit: Exceptum est, inquit, foedus, siquidem sacro sanctum est.

**I**dem in Partition.orat: Querenda etiam ratio, si qua poterit inueniri, quare non sit exceptum, aut iniqua lex.

**I**dem de Arte rhetorica: Nam et prætorijs exceptionibus multæ excluduntur actiones.

**I**bideM: Postulat is, quicum agitur, à prætore exceptionem, extra quam in reum capit is præiudicium fiat: hic is qui agit, iudicium purum postulat: ille quicum agitur, exceptionem addi ait oportere.

**I**dem de lege agraria: Aut ita lex diligenter perscripta demonstrabitur, ita tantum unaquaq; de re, ita quod oportuerit exceptum, ut minime conueniat quicquam in tam diligenti

diligenti scriptura prætermissum arbitri.

**I**bideM: Atque hoc lex nisquam excipit, non omnia ergo scriptis, sed quedam quæ perspicua sint, tacitis exceptionibus caueri.

**I**dem in Academi. questionib. Quibus postulant ut excipiatur hæc inexplicabilia. Tribunum aliquem censco adeant, à me istam exceptionem nunquam impetrabunt.

**I**n Verrem: Quod lege excipiuntur tabulae publicanorum, quo minus Romam deportentur.

**I**bideM: Quid si huiusmodi esse hæc duo foedera duorum populorum Iudices doceo, ut Taurominitis nominatim cautum et exceptum sit foedere, ne nauem dare debeant: Mamertinis in ipso foedere sanctum atque præscriptum est, uti nauem dare necesse sit.

**I**dem de Divinatione: Si index id, quod Epaminondas ait legis scriptorem sensisse, adscribat ad legem, et addat exceptionem hanc.

**I**dem in Epist. Nam dum uolunt isti lauti terra nata, que lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos et heluelias ita condunt, ut nihil posse esse suauius.

**V**itruvius: Et ideo quod pretiosæ sunt, legibus excipiuntur, ut à domino, non à redemptore represententur.

**M**arcellus ad legem Iuliam repetundarum, I. Prima: Cum excipit lex, à quibus licet accipere, à sobrinis proprio'ue gradu cognatis suis uxore'ue,

**V**ictorinus hæc declarare uidetur in Rhetorica Ciceronis: Translationem, inquit, intelligamus formam esse status scilicet legalis: Prescriptionem uero eandem appellari posse, et eandem Exceptionem, sed ab oratoribus: in iure autem Prescriptionem dici: ipsum propositum ius: Exceptionem autem, cum ius ipsum propositum aduersus se actor

actor aliis excipit, interposita aliqua conditione.

**Etiam affirmantis.**

**E**tiam, affirmantis aduerbiū, cuius loco ferē omnes afferendum est, & in usum Latinitatis reuocandum. Cicero pro Roscio Comedo: Si nō, quo modo tabulas conficis? si etiam, quamobrem cum cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduersarijs relinquebas?

Idem de Academicis questionibus: Quasi aut etiam, aut non, non modo uerum esse, sed necessarium.

Idem pro Plancō: Cui cum respondissim, me ē prouincia decedere, etiam mehercle, inquit, ut opinor, ex Africa.

**Atq; geminata, & triplicata.**

**E**adem fere calamitas ut prope interiret, accedit geminata, & interdum triplicatae particulae Atq; que interdum maximam afferit gratiam orationi inserta.

**Tibullus:**

Atq; tubas, atq; arma ferunt strepitantia celo

Audita. Horatius:

— Atq; herbas, atq; incantata lacertis

Vincula.

**Catullus:**

Ne uestrum scabra tangat rubigine nomen

Hac atq; illa dies, atq; alia, atq; alia.

**Vergilius:**

Atq; deos, atq; astra uocat crudelia matr.

**Idem:**

Atq; hic atq; illic humeros ad uulnera durat.

**Idem:**

Atq; Getæ, atq; Hebrus, atq; Actias Orithyia.

**Aequi**

**Aequi boniç facio.**

**A**equi boniç facio, id est, in bonam partem accipio: certum modum esse loquendi, non rationem, nemo negare potest.

Terentius in Andria: Cæterum quidem isthuc Chremæ æqui boniç facio.

Titus Luivius ab Urbe condita: Ne serpat Latinis contagio eius mali, nos æqui boniç facimus.

Cicero Attico: Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istud æqui boniç facit.

**Eximere.**

**E**ximere, apud ueteres illos autores preter alia significata, est quod extrahere, effodere, eruere.

Cato de Re rustica: Ficos & oleas altero modo inserit.

Quod genus aut ficum, aut oleam esse uoles, inde librum scalpro eximoto.

Ibidem: In amphoram mustum indito, & corticem oppicato, dimittito in piscinam, post trigesimum diem eximoto, totum annum mustum erit.

Ibidem: Ollam statuto cum aqua, ubi occipiet feruere, paulisper demittito unum manipulum, feruere desistit. Postea occipiet feruere, paulisper demittito usq; admodum dum quinq; numeres, tum eximoto.

Vitruvius: Sequitur ordo de lapicidinis explicare, de quibus & quadratis saxa, & camentorum ad ædificia eximuntur copiæ & comparantur.

Ibidem: Cum ædificandum fuerit, ante biennium ea saxa non hyeme, sed æstate eximantur.

Ibidem: Sed hæc omnia que mollia sunt, hanc habent utilitatem, quod ex ijs saxa cum sunt exempta, in operc facileme tractantur.

**Alphenus**

Alphenus de Public.lege, Cesar: Cum insulae Creta cotorias locaret, legem ita dixerat: Ne quis preter redemptorem post Idus Martias cotem ex insula Creta fodito, ne ue eximito, ne ue auellito. Et subdit, Consulebatum num contra legem post Idus Martias ex insula Creta cotes exemptae uiderentur.

Aes alienum, tuum, meum, patris, filij.  
Es alienum, id certe est, quod dicimus Debitum. Sed

**A**modum dicendi antiquum notare debemus, quo dicebant, Aes alienum tuum, Aes alienum meum, Aes alienum patris, Aes alienum filij. Quæ si bene inspexerimus, contraria esse uerba significato reperiemus, et tamquam dicendi talem esse modum, non rationem ullam, sateri cogemur. Nam si aes alienum, quomodo meum? Si meum, quomodo alienum? Cicero Attico: Si quid eri alieno meo superabit.

Idem in Philippicis: Etenim que res egestati et eri alieno tuo præter mortem Caesaris subuenire potuisset?

Paulus de iure dotium, l. Profectitia: Sed suum es alienum suscepimus dum filiusfamilias esset, paterfamilias factus exoneravit.

Iabolenus de statu liberis, l. Stichū: Stichus liber esto, quando es alienum meum solutum, creditoribus ue meis satisfactum fuerit.

Cicero Attico: Aes alienum faciendum puto.

Idem pro Publio Sylla: Publij Cincij prædijs uenitatis, es alienum eiusdem dissoluisti.

Ibidem: Cuius es alienum uidemus iudices non libidine, sed negotij gerendi studio esse contractum.

Idem in Philip. Patri persuasit, ne es alienum filij dissolueret.

Idem Mario: Maximum autem es alienum amplissimum uitiorum.

Paulus

Paulus de in rem uerso, l. Si filiusfamilias: Fœnus filij, es alienum patris est.

Pomponius de Peculio, l. Peculium: Si ære alieno domino, exhauriatur peculium serui.

Iabolenus de priuileg. cred. l. Paterfamilias: In omni ære alieno, quod aut patris, aut filij fuerit.

Titus Liuius ab Urbe condita: Cum Publius ob es alienum paternum nexus dedisset.

Fac esse, Fac potuisse, Fac uelle.

**F**ac esse, Fac potuisse, Fac uelle, et Facite, ac eiusmodi, modus est loquendi ueterum illorum: idq; significat, quod illigati dicunt, Ponamus quod ita sit, Ponamus quod ita fieri possit, Ponamus quod ita uelis. Aut ut aliqui se elegantius dicere putant, Posito quod ita sit, aut Dato quod ita sit, uel Ponamus ita esse: quo quid est uulgarius, aut rudius? Hæc ergo barbaries omnino excludenda est, introducendaq; uera Latinitas per hos ueros, propriosq; dicendi modos.

Cicero in Philippicis: Fac potuisse, quod est aliud beneficium latronum?

Ibidem: Hominem perditissimum, sed fac ita non esse: num Latine scis?

In 11. Philippica: Eum tu occideres? Fac potuisse.

Idem in Philippica x 111. Facite hoc meum consilium legiones nouas non improbare.

Idem Attico: Me fac posse tuto, multi enim hortatur, num etiam honeste?

Eidem: Nam liberalibus quis potuit in senatum non uenire: fac id potuisse aliquo modo, num etiā cum uenissimus, libere potuimus sententiam dicere?

In Tusculanis: Fac totum dolere corpus.

Ibidem

Ibidem: Sed fac ut isti uolunt, animos non remanere post mortem.

Ibidem: Fac animum sic interire ut corpus.

Idem de Divinat. Fac dare deos, quod absurdum est, quid refert, si accipere non possumus?

In Verrem: Fac ita esse, tamen hoc ferendū nullo modo cst.

De Oratore: Sed fac esse, nihil superest.

Idem de Natura deorum: Fac esse distentum cœlum.

Cleanthes in quibusdā pulcherrimis carminibus illo felici seculo in Latinum ueris: Ducor parēs celsiō dominator poli, Quocunq; placuit, nulla parēdi mora cst. Adsum impiger, fac nolle, comitabor gemens: Malusq; patiar quod licuit bono. Ducunt uolentem fatū, nolentem trahunt.

### Ferre ad cœlum.

**F**erre ad cœlum, modus est loquendi Romano more, sc̄i licet tantum aliquid laudare, ut laudibus quasi ad cœlum feratur.

Cicero in Verrem: Iuvant me hæc præclara nomina artificum, quæ isti ad cœlum ferunt.

Idem Furnio: Propterea festinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in cœlum iure ex uere ferunt.

Idem de Oratore: Quæ tu uerbis ad cœlum extulisti.

Idem Attico: Scribis enim in cœlum ferri.

Idem ad Equites Rom. Quæ uirtutis gloria cum summa laude extulit ad cœlum. **Horatius:**

Quæ uos ad cœlum fertis rumore secundo.

### Ferre in oculis, Habitare in oculis.

**F**erre, ex Essc in oculis, modus est loquendi, quo ualde diligere ex diligi significetur. Habitare autem in oculis, per translationem cst, ita frequentem & aſiduum eſſe, ut quasi in oculis habitetur.

Cicero

Cicero ad Qu fratrem: Balbum in oculis fero.

Idem de Responsis aruspic. Ferebant in oculis hominem.

Idem Tironi: Nam isti duo uix sunt digni, quibus alteri Cesennam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas, te (ut dixi) fero in oculis.

Idem in Anton. Nam Trebelliū ualde iam diligit: oderat cum ille tabulis nouis aduersabatur, iam fert in oculis.

Terentius uerbum fero dimisit in Euncho: Rex te ergo in oculis?

Cicero ad Atticum: Itaq; publicanis in oculis sumus. Gratias, inquis, uiris. Sensimus.

Cicero pro Planco: Feci ut postea quotidie presentē me uiderent, habitauī in oculis.

Idem Attico: Visum est hoc mihi ad multa quadrare, praesentem me uiderent, habitauī in oculis.

### Frugi.

**F**rugi à fruge dicitur, quod indeclinabile est: compōsi tum tamen cum Bono antiqui quandoq; ponebant, ut utrung; dicerent, ex Servius frugi, ex Servius bona frugi. Plautus in Pseudolo: Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bona.

Vlpianus ad legē Aquiliam, l. Inde Neratius: Sed si bone frugi seruiss, intra annum mutatis moribus occisis fit. Idem, de quibus rebus ad cundem iudicem catur, legē, Si quis seruum: Interesse fructuarij uidetur bona frugi seruum eſſe.

### Facio.

**I**nfini penē dicendi modi à ueteribus illis Latinitatis conditoribus, à uerbo Facio deducti sunt. Quorum et si aliqui multa notauerint, nos longe plurima collegerimus, que in usum publicum faccre iudicauimus.

l 2 Facere

## Facere delicias.

Plautus in Menenmis: Eia, delicias facias?

## Facere damnum, pro eo quod dici-

mus, Damnum pati.

Plautus in Mercatore: Non miror, si quid damni facis aut flagiti.

Cicero in Bruto: Damnum enim illius immaturo interitu res Rom. Latineq; literae fecerunt.

Idem in Verrem: Quid si docebo iudices, eos qui cccccc, milia mod. lucrificati, damnum facturos fuisse?

## Facere facinus, &amp; scelus.

Plautus in Bacchidibus: Atridae duo fratres dicuntur feci-  
se facinus maximum.

T. Liuius ab Urbe condita: Qui alienis manibus pessi-  
mum facinus facere.

Cicero de Orat. Scelus eos nefarium facere dicunt.

## Facere iratum.

Cicero de Oratore: Cum iratum aduersario iudicem face-  
re uellet.

## Facere flagitium.

Plautus in Mercatore: Ait flagitium et damnum fecisse.

## Facere stipendia.

T. Liuius ab Urbe condita: Centuriæ, quæ sine armis sti-  
pendia facerent.

Idem: Qui stipendia pedibus propter paupertatem fe-  
cisset.

## Facere prælium.

Cæsar in Commentarijs: Parvulis equestribus prælijs ad  
aquam factis.

## Facere sacrificium, &amp; sacra.

Cicero in Bruto: Licet aliquid etiam de M. Popili inge-  
nio

nio suspicari, qui cum consul esset, eodemq; tempore sacri-  
ficium publicum cum lena ficeret.

T. Liuius ab Urbe condita: Quidnam tu hospes paras, in  
quit, incestum sacrificium (ut dicunt) faceres?

Ibidem: Qui sacra publica populo Romano ficeret.

Ibidem: Castus enim sacra priuata facere.

Ibidem: Illi sacra quædam in monte Albano, Latinoq; uo-  
bis facienda tradiderunt.

Ibidem: Dedicata est à T. Quintio duumuiro sacris fa-  
ciendis.

Idem de Bell. Pun. Ne solenne sacrum in monte ficeret.

## Facere æs alienum.

Idem ab Urbe condita: Aes alienum fecisse.

## Facere testamentum.

Cicero de Oratore: Ac si tanquam in procinctu testamen-  
tum ficeret sine libra atq; tabulis.

## Facere finem.

Plautus in Asinaria: Sermoni iam finem face tuo.

Terentius in Phormione: Iam finem faciam dicendi mihi,  
peccandi cum ipse de se finem non facit.

Cicero pro Gn. Plancio: Nam istius uerbi quo usq; po-  
terat esse inuidia datus est tibi ille, condonatus ille non facit  
finem, ferre non possumus.

Idem in Verrem: Difficile est enim finem facere pretio,  
nisi libidinis feceris.

Idem in Rullum: Finem feci offerendi mei.

Cæsar in Commentar. Finem properandi facit.

Ibidem: Neque prius finem sequendi fecerunt, quam mu-  
ro oppidi appropinquauerunt.

T. Liuius: Finem tandem certaminum ficerent.

Hircius in Comment. Maxime uelle, inquit, homines suæ

petulatiæ nimicæ, quām libertatis aliquando finē fecissent.  
Ibidem: Cum iam Cæsar existimat hostes pulsos deterritos q; finem laceſſendi facturos.

### Facere fidem.

Cicero in Catilinam: Fidem facret oratio mea.  
Idem in L. Pisonem: Non facies fidem scilicet cum hæc disputabis.

Idem de Oratore: Fidei facienda causa.

Ibidem: In locis, quos ad fidem orationis faciendam adhiberi dixit.

Idem in Hortensio: Meo autem iudicio ita est maxime in sensibus ueritas, si et sani sunt, et ualentes, et omnia remouentur, quæ obſtant et impediunt. Itaq; et lumen mutari nolumus: et situs earum rerum quas intuemur, et interualla, aut contrahimus, aut deducimus, multaq; facimus usq; cõ, dum aspectus ipſe fidem faciat sui iudicii.

Idem Attico: An mihi nutus tuus non facret fidem?  
Eidem: Quod niſi fidem mihi fecissent.

Idem pro T. Annio Mil. Nudauit se in sanctissimo templo, quoniam uita talis et ciuis et uiri, fidem non faciebat.

Idem in Catilinam: Ut quoniam auribus uestris propter incredibilim magnitudinem scleris minorem fidem facret oratio mea.

Idem in Bruto: Credit ijs quæ dicuntur, qui audit oratorem uera putat, assentitur, probat, fidem facit oratio.

### Facere ludos.

Cicero ad Qu. fratrem: Quanta tandem pecunia pendetur, si omnium nomine quicunq; Romæ ludos facerent.  
Idem Attico: Ludos facere absens malebat.

### Facere scriptum.

T. Livius ab Urbe condita: Neq; eius accepi nomen, quod scrip-

scriptum faceret, tabula posuisse, et iurasse scriptū non facturum, quem aliquando antea desisse scriptum facere arguit Macr Licinius.

### Facere dolorem, & luctum.

Cicero Attico: Nulla medicina tam facit dolorem, quām que sanat.

T. Livius de bello Macedonio: Audita clades, simul paorem, simul luctum ingentem fecit.

### Facere castra.

Cicero Catoni: In Lycaonia castra apud Iconium faceret.  
et subdit: Apud oppidum castra fecit.

Cneus Pompeius Lucio Domitio: Neq; castra propter anni tempus, et militum animos facere possum.

Cæsar in Comment. Castra facere constituit.

Hircius in Comment. Ad aquam fecit castra.

Ibidem: Loco ex celso fecit castra.

Ibidem: Ibi castra ducentarum legionum fecit.

### Facere periculum.

Plautus in Cistellaria: Face semel periculum.

Terent. in And. Qui scis ergo isthuc, niſi periculu feceris?

Cæsar in Comment. Ut in æquum locum descenderent, legionumq; pericula facerent.

### Facere con uitium.

Modus est loquendi, quo significatur contumelijs quem la-  
cessere, et quod inepte dicunt. Dicere illi iniuriam.

Plaut. in Mostell. Sic et presenti tibi facit con uitium.

Idem in Bacchid. Ut ne clamore hic facias, nec con uitium.

Idem in Mercat. Male mihi precatur, et facit con uitium.

Terent. in Adelph. Non fecisse erit melius hic con uitium.

Cicero pro Cluentio: Con uitium C. Junio iudicii questio-  
nis maximum fecit.

Idem Attico: Cato aduolat, conuictum Pisoni consuli muri-  
ficum fecit. Ouidius ad Corinnam:

Quid queror, & toti facio conuictia cœlo?  
Sabinus in epistola pro Helena:

Nec faciam surdis conuictia fluctibus ulla.  
Vlpianus de iniurijs, & famosis libellis, lege, Iniuriarum:  
Fecisse conuictum non tantum is uidetur, qui uociferatus  
est: uerum is quoq; qui concitauit ad uociferationem. &  
paulo supra: Conuictum autem dicitur, uel à concitatione,  
uel à conuentu, hoc est, à collatione uocum.

Caius eodem, si plures serui aliquem simul ecclerint,  
aut conuictum aliqui fecerint, singulorum proprium est  
maleficium.

### Facere naufragium.

Cicero Tironi: Qui cupide profecti sunt, multi naufra-  
gia fecerunt.

### Facere promissum.

Cicero de Offic. Ut reddere depositum, etiam ne furioso  
facere promissum & in eodem: Promissum potius non fa-  
ciendum, quam tam tetur facinus admittendum fuit. &  
Subdit: Ergo promissa non facienda nonnunquam. & sub-  
dit: Facere promissa, stare cōuentis, reddere deposita, com-  
mutata utilitate fuit non honesta.

### Facere iter.

Cic. pro Cn. Planc. At ego cum casu diebus ijs itineris fa-  
ciendi causa decedes ē prouincia, Puteolos forte uenissim.

Idem senatus populoq; Romano: Iter in Ciliciam non fa-  
cere institui.

Idem de Diuinatione: Cum duo quidam Arcades familia-  
res iter una ficerent.

Ibidem: Eudemum Cyprium familiarem suum iter in Ma-  
cedon

cedoniam facientem.

Idem Catoni: Cum exercitu lustrato iter in Ciliciam fa-  
cere coepisset.

Idem in Verrem: Iter per Siciliam facere uoluerat.

Cn. Pomp. Lucio Domitio: Praesidia Curionē, que in Ura-  
bria & Tuscia erant, contrahere, & ad Cæsarē iter facere.  
Cæsar in Comment. Iter caute diligenter faciat, præscribit.

### Facere turbas.

Plautus in Bacchidibus: Tantas turbellas facio.

Cicero in Verrem: Maximas in istius castris fecisse turbas  
dicitur.

### Facere uerbum & uerba.

Verbum & uerba facere, modus est loquendi, significans  
id quod loqui: id enim est, Non multa uerba faciam, &  
Non multa loquar, sed ita tunc loquebantur. Quid autem  
inter se discrepent, ex inferioribus autoritatibus plane ui-  
deri potest: nam Facere uerba, loqui & explicare uerbis  
rem significat: Facere uerbum, est uix loqui, mutare, uel  
paucia proferre.

Plautus in Asinaria: Neq; illū uerbum faciat perplexabile.

Ibidem: Verbum hercle facere non potest.

Ibidem: Haud uerbum faciam.

Idem in Bacchidibus: Verbum nullum fecit.

Terentius in Andria: Nunquā cuiquā nostrū uerbum fecit.

Cicero pro Sexto Roscio Amerino: Non mehercle uer-  
bum fecisses.

Ibidem: Deq; ea societate neminem esse, qui uerbum facere  
hoc tempore auderet.

Idem in Bruto: Cum esset relictus a ceteris, & uerbum fa-  
cere non posset.

Idem in Pison. Quacunq; de re uerbum facere cooperatis.

l s Idem

Idem in Philipp: Ne uerbum quidem ausus est facere.  
 Idem Cn. Plancio: Verbum nemo facit.  
 Idem pro Aulo Cluentio: Cum ille uerbum omnino in hac ipsa causa facere nullum potuerit.  
 Idem pro P. Quintio: Sed omnino uerbum facere conari.  
 Idem in Verrem: Ipsi illi tui coniuiae, consiliarij & consciij, uerbi facere non audebant, & subdit: Nam antequam uerbum facerem, de sella surrexit.

### Facere uerba.

Plau. in Aulul. Sic uerba hic facio, quasi negotij nihil sicut.  
 Ibidem: Nunc uerba ne facias soror.  
 Idem in Sticho: Multa scio facienda uerba.  
 Idem in Milite: Ut multa uerba fecit.  
 Idem in Persa: Verba quidem hanc indoste fecit.  
 Idem in Rudente: Verba facimus, it dics.  
 Cic. Atti. At me existimatis ad manendum esse propensiorum, quod plura in ea parte uerba fecerim?  
 Idem pro P. Quintio: Neq; tamē iam multa uerba faciam.  
 Idem pro lege Manilia: Et ex hoc ipso loco per multa idē contra legem uerba fecisti.  
 Idem in Philippi cis: Quod tribuni plebis uerba fecerunt, ut senatus calend. Ianuarij haberetur.  
 Idem in Verrē: Quod ego in senatu quanta uerba fecissim.  
 Idem pro domo sua: Qui conuentu bonorum virorum uerba de salute mea fecerant. Horatius:

Verba facit leno.

Titus Luuius ab Urbe condita: Multa de Hieronymi fide uerba fecerunt.  
 Idem de bello Punico: Pauca uerba facienda sunt.  
 Vlpianus de petitione hereditatis, l. Item: Consules uerba facere de his.

### Facere

Facere iusta.  
 Plautus in Cistellaria: Postquam illuc uxori iusta fecit.

### Facere copiam.

Idem in Asinaria: Ut sibi amanti facerem argentii copiam.  
 Ibidem: Feci crim ei quod oravit, mei copiam.  
 Idem in Captiuis: Gratiam habeo tibi, cum copiam istam mibi, & potestate facis.  
 Idem in Persa: Vti tibi recte conciliandi facerem copiam.

### Facere medicinam.

Idem: Si medicus ueniat, qui huic morbo facere medicinam potest.

Cicer. pro Pub. Quint. Medicine faciendo locus non erit.

### Facere iudicium, & Facere autoritatem.

Plautus in Cistella. Mi spectatores, facite iudicium.  
 Cic. pro lege Manilia: De quo homines uos, id quod maxi me facit autoritate, tanta & tam præclaria iudicia fecistis.

### Facere lucrum.

Plautus in Mercatore: Lucrum ingens facio.

Idem in Persa: Recte rem gero, & facio lucrum.

Ibidem: Vnde tu prægrande lucrum facias.

### Facere conjecturam.

Idem in Cas. Ego hanc de me conjecturam domi facio.

Cicer. in Verrem: Ex quibus conjecturam facere de omnibus positis.

Ibidem: Vos rogarem, ut conjecturam faceretis.

Ibidem: Verū ut ex uno de ceteris cōiecturā facere positis.

### Facere rem diuinam.

Plautus in Circulione: Postquam rem diuinam feci, uenit in mentem mibi.

Cato de Re rustica: Eam rem diuinam, uel seruus, uel liber licet facito.

Cicer

Cicero in Verrem: Res illū diuinā apud eos deos in suo  
sacrario prop̄e quotidie facere uidisti.

T. Liuius ab Urbe condita: Rem diuinam facere.

Idem de bello Macedonico: Res diuinā facere maioribus  
hostijs iussiſunt.

Hircius in Commentarij. Postero die diuina re facta.

Facere furtum.

Plaut. in Rudente: Furtum ego uidi qui faciebat.

Facere rem.

Horatius:

Is'ne tibi melius suadet, quām ut rem facias, rem  
Si posis recte: si non, quocunq; modo rem?

Quanti facere.

Horatius:

Septimius Claudi nimurum intelligit unus,

Quanti me facias.

Facere officium.

Idem:

Officium facio, tu poscis filia.

Mecum facere, Secum facere, Vnā facere, Nobiscum  
facere, modi sunt loquendi, à paucis (ut reor) notati: si-  
gnificant enim id quod mecum sentire, quo loco multi in-  
fusile ponunt, Pro me facere.

Cicero pro P. Sylla: L. Caſiū dixerunt cōmemorasse cum  
cæteris Antoniū secum facere. & subdit: Quid tum? Caſiū  
si respondisset idem sentire, & secum facere Syllam:  
tamen mihi non uideretur in hunc id criminōsum esse de-  
bere. & subdit: Non respondit tamen unā facere Syllam.  
Idem in Partitionibus: Defensor autem ad ea, quæ pro-  
posuit, equitatem nitatur, & ea causa secum facere fateatur.

Idem pro Aulo Cæcinnia: Rem & sententiam interdicti  
me cum facere fatebatur, uerbo me excludi dicebat.

Ibidem: Nam uerba ipsa sponſionis facerent mecum, si  
uellem diligenter attendere.

Ibidem:

Ibidem: Cum uideatis autoritatem sapientissimorum ho-  
minum facere nobiscum. Horatius:

Etsapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo. Idem:  
— Mecum facientia iura.

Facere uerſus.

Horatius:

— Paupertas impulit audax,  
vt uerſus facerem.

Facere sumptum.

Idem:

Pro quæſtu sumptum facit.

Varro de Re rustica: Nemo enim sanus mente debet uel-  
le impensam ac sumptum facere in cultura, si uidet non  
posse refici.

Cicero pro lege Manilia: Non modo ut sumptum faciat  
in militem, nemini uis affertur.

Facere uitium

Cic. in Topicis: Si aedes ex se corruerunt, uitium ue fecerūt.  
Labeo locati & conducti, lege: Quod si etiam huius do-  
mus mercedem, que uitium fecisset, deberi putat.

Vlpianus de danno infecto, l. Finiū: Si spatia inter uitio-  
sam partem intercedant, & ea quæ uitium non fecit. &  
subdit: Si insula adiacens domui uitium faciat.

Vitruvius: Si uenti frigidū sunt, ledunt: si calidi, uitiant: si  
humidi, nocent: iudicem faciunt uitia pavimentis.

Hircius in Commentarij: Vigilia secunda propter multitu-  
dinem telorum, turris lignea, que nostra fuisset ab initio,  
uitium fecit usq; ad tabulatum secundum & tertium.

Facere iniuriam.

Plautus in Rudente: Faciet nemo iniuriam.

Cic. in Verrem: Quid dices: id quod dictas, iniuriam tibi  
fecisse uerū? & subdit: Cum maximam Caius Verres iniu-  
riam fecerit. & subdit: At cū tibi C. Verres fecit iniuriam.

Idem

*Idem in L.Pisonē: Facio iniuriam fortissimo viro mortuo.*

*Horatius:*

*Luctandum in turba, facienda iniuria tardis.*

### Facere impetum.

*Cicero Catoni: Armenium regem in Capadocia impetum esse facturum.*

*Idem pro lege Manilia: Sed in exercitum uestrum clarum atq; uictorem, impetum fecit.*

*Idem pro Publio Sextio: Impetum faciunt in Fabricium.*

*Idem pro Tito Anno Milone: Statim complures cum tellis in hunc faciunt de loco superiore impetum.*

### Facere contumeliam.

*Vt uidant omnes modū loquendi ab illis optimis eius etatis autoribus diligentissime fuisse seruatum, et si quid esset ab aliquo id etatis viro docto interuersum, statim esse explosum, legant Cicronē, qui Philippica tercia reprehendit Antonium, qui Contumeliam facere, dixerit. Quid est porro, inquit, facere contumeliā? quis sic loquitur? et subdit: Non ncs satius est mutum esse, quam quod nemo intelligat, dicere? et paulopost: Preter duos nos loquitur isto modo nemo. Quis sic loquitur? ait: num quis sic est locutus? Nam ueteres ante Ciceronem, Facere contumeliam aliquando dixerunt.*

*Plautus in Afinaria: Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?*

*Cato: In hac contumelia, que mihi per huiusc domi pertuliantiam factum itur.*

*Videtur ergo Cicero etatem suam emendate loquentē notare, antiquiores alias carpere, et quasi posteris prescribere, ut politiorē et abstensa a ueteribus quasi rubigine mundiorē sua etatis modum.*

*Facere*

### Facere modos.

*Terentius in argomento Andriae: Flaccus Claudij filius, modos fecit tibijs paribus, dextris et sinistris.*

*Cicero de Oratore: Neq; id actores prius uidcrunt, quam ipsi poētae, quam deniq; illi etiam qui fecerunt modos.*

### Facere gratum.

*Idem Attī. Feceris mihi gratum, si ante cō ueneris.*

*Eidem: Per mihi per inquam gratum feceris.*

### Facere potestatem.

*Varro de Re rustica: Secundum cibum large ut bibant, faciunt potestatem.*

*Ibidem: Se pe etiam querendi potestatem facit dc his.*

*Cic. in Verrē: Neq; se alijs uidendi potestatēm esse facturū.*

### Facere argentariam.

*Ibidem: Qui argentariam Regij maximam fecerat.*

*Ibidem: Quām ille argentariam Lepti fecisse dicit.*

### Facere manum.

*Ibidem: Illi nocte facta manu armataq; uenient.*

### Facere prælium.

*Ibidem: Princeps enim omnium Panja prælij faciendi, et cum Antonio configendi fuit.*

### Facere uellaturam.

*Varro de re Rustica: Item dicuntur qui uecturis uiuunt, uellaturam facere.*

### Facere cædem.

*Cic. pro Tito Anno Milone: Obuiā fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Greacis comitibus, ut solebat: sive uxore, quod nunquam fere: cum hic insidiator, qui iter illud ad cædem faciendam apparaſset, cum uxore uchcretur in rheda penulatus.*

*Ibidem: Potuit ne Fabricio viro optino, cum de reditu meo le*

meo legem ferret, pulso crudelissima in foro cæde facta?  
Idem pro P. Sextio: Cædem maximam facias.

### Facere uota.

Cato de Re rustica: Marti Syluano in sylua interdiu in capite singula boum uotum facio.

Idem pro Milone: Deinde subito uultu Milonis perterritus fugeret ad Tiberim, uos & omnes boni uota feceritis, ut Miloni uirtute sua uti liberet.

Ibidem: Vota enim feceratis, ut in eos se potius mitteret, quam in uestras possessiones.

### Facere infidias.

Cicero pro Tito Annio Milone: Milo unus urgebat: hic dū immortales (ut suprà dixi) mentem dederunt illi perdito ac furioso, ut huic facret infidias.

### Facere funus.

Cicero pro Cluentio: Et ibi de integro funus iam sepulso filio fecit.

### Facere reum.

Cicero pro Cluentio: Tamen Habitum Oppiniacum reum statim non fecit.

Ibidem: Reum statim fecit.

Ibidem: Apud eosdem iudices reus est factus.

### Facere mentionem.

Cicero pro Cluentio: Quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicij facitis?

### Facere iudicatum.

Idem pro Lucio Flacco: Cum iudicatum non faceret.

### Facere imperata.

Cesar in Comment. Iussus arma abiçere, imperata facere;

### Facere uindemiam.

Varro de Re rustica: Viuis autem legere & uindemiam facere,

facere, inter equinoctium autunale, ex uergiliaru occassum.

### Facere sementem.

Cato de Re rustica: Sementem facito ita.

### Facere hæredes.

Cicerio in Verrem: Viros bonos & honestos complures fit  
sit hæredes;

Ibidem: Fecit hæredem M. Octaviu Ligurem,

### Ferre, Inferre, Referre.

**F**erre, & Inferre pedem, est intrare. Referre pedem,  
est eius contrarium: quod incepit multi dicunt, Retra-  
here se. Afferre pedem, uenire. Conferre pedem, simul con-  
gredi. Efferre pedem est exire. Qui modi dicendi iam cum  
bonis alijs literis pene ad unum interierunt,

### Vergilius:

Inde domum, si forte pedem si forte tulisset,

Merfero. Idem:

Ferte pedem, Fauniq; simul, Dryadesq; puellæ.

### Horatius:

Quam nec ferre pedem dedecuit choris,

Plaut. in Menæh, Propera Menæhme, fer pedem.

Ibidem: Huc intro retulisti pedem.

Titus Livius ab Urbe condita, inclinatus iam in dexterius  
Latinitate, prepositionem addidit, & inferre pedem, pro  
ferre dixit: Audent ultro gradum inferre?

Ibidem: Paulò post ultro inferens pedem, ad unum omnes  
occidit.

Ibidem: Clamore renouato inferunt pedem.

### Horatius:

Neg; impudica Colchis intulit pedem.

### Referre pedem.

Plautus in Mercatore: Hanc uolo prius rē agi, quam meū

m intro

- intrò referto pedem. Vergilius:  
Ille pedem referens, et inutilis, inq; ligatus  
Cedebat. Quidius de Ponto:  
Cum profugum possum ipse referre pedem.  
Ibidem:  
Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci.  
Catullus:  
Ad Ide retuli nemora pedem. Propertius:  
Nescit uestra rucens ira referre pedem.  
Galba Ciceroni: Due cohortes erant, et cohors prætoria  
pedem referre cœperat.  
T. Lilius ab Urbe condita: Cum gradum retulissent.  
Ibidem: Interfex un rati, gradum retulerunt.  
Ibidem: Nisi referentibus gradum consul metu excusisset.  
Ibidem: Ut pariter et socij rem inciperent, referrentq; pedem.  
Ibidem: Dum pedem referunt, ne à tergo vulnerarentur.  
Ibidem: Primo resistunt, deinde referunt pedem.  
Ibidem: Dolo, non metu pedem retulit.  
Ibidem: Tum primum referri pedem apparuit.  
Cæsar in Commentarijs: Pedem referre, et loco excedere,  
non turpe putarent.  
Ibidem: Vulnribus defensi pedem referre.  
Ibidem: Paulatim modo pedem retulerunt.  
Ibidem: Permoti barbari confiterunt, ac paululum modo  
pedem retulerunt.
- Afferre pedem.  
Catullus: Abite unde malum pedem attulisti.  
Conferre pedem.  
Cicero pro Plancio: Non possum magis conferre pedem  
(ut aiunt) aut propius accedere.

Efferre

## Efferre pedem.

- Plautus in Captiuis: Seruate istum fultis intus serui, ne  
quoquam pedem efferat. Vergilius:  
Me'ne efferre pedem genitor te posse relicta

Sperasti?

Cicero ad Atticum: Nunc illum, qui pedem porta, quoad  
hostis cis Euphratèm fuit, non extulerit, honore augeri  
me, in cuius exercitu spem illius exercitus habuit, idem non  
assequi, dedecus est nostrum.

## Facinoris, &amp; sceleris crimen.

Oferuandus et hic dicendi modus, quo Cicero ali-  
quando usus, posteros ut identidem uterentur edo-  
cuit, cum Facinoris crimen, Crimen sceleris, Crimen deli-  
cti quandoq; posuit. Crimen enim quandoque pro quadam  
quasi calunnia, sive accusatione, quandoq; pro ipso delicto,  
interdum pro genere peccati: Facinus uero et Scelus, pro  
quadam specie, sive forma definitur.

Cicero M. Marcello: Primum ad se reuocarent maximi fa-  
cinoris crimen.

Ibidem: Cur non comprehendenterint, cur non ipsius confes-  
sionem facinoris multorum oculis, deniq; uoce, tanti scele-  
ris crimen expreßerint?

Idem pro Corn. Bal. Nam uerius nihil est, quam quod he-  
sterno die dixit ipse, ita L. Cornelium de fortunis omnibus  
dimicare, ut nullius in delicti crimen uocaretur.

Vergilius:

- Et criminis ab uno.  
Disce omnes. Idem:  
Scire crimina belli. Idem:  
Crimen amor uestrum.

Cicero pro P. Sylla: Cur in pari causa, non paria signa cri-  
minis

minis reperiuntur?

Ibidem: Qui ab illis etiam in crimen uocantur.

Ibidem: Et ex ea crimen aliquod in P. Syllam queris.

Ibidem: Neq; enim istorum facinorum tantorum tam atro-  
cium crimen iudices P. Sylla persona suscipit.

Idem pro Q. Ligario: Nouum crimen C. Caesar, & ante  
hunc diem inauditum.

Ibidem: Ergo haec duo tempora carent criminis.

Ibidem: Sceleris uero criminis, furoris, parricidij immu-  
nes sint.

Idem pro L. Flacco: Maledictum omne, non modo crimen  
effugit.

Idem pro domo sua: Cui ego criminis respondere sine mea  
maxima laude non possum.

Factus ad unguem, Ad libidines,

Non ita factus.

Factus ad unguem, Factus ad libidines, Non ita factus,  
modi sunt loquendi felicis illius seculi elegantissimi.

Horatius:

—Fonteius ad unguem

Factus homo.

Cicerio in Verrem: Rubrius quidam homo factus ad istius  
libidines.

Idem in Bruto: Siue quod natura non esset ita factus.

Ad exemplum, uel Exemplar.

Ad exemplum autem, uel Ad exemplar, idem est quod  
Ad similitudinem.

Plautus in Mercator, Verum ad hoc exemplum nunquam  
ut nunc insano. Horatius:

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

Alphænus de condit. l. In testamento: Ut monumentum ad  
exemplum

exemplum eius, quod uia salaria esset, fieret.

Ne ea res mihi sit frāudi. Frāus.

Ne ea res mihi sit frāudi, hic modus loquendi apud ue-  
teres id significat, quod, Ne ea res mihi adscribatur, uel ne noceat, ne ue uitio detur, unde poena aliqua proue-  
niat. Antiqui crimina Frāudem poenam uocabant.

Vlpianus de cediliō editio, l. Cum autem: Veteres frādi-  
dem pro poena ponere solebant.

Cic. pro L. Muræna: Id crit cius uitrico frāudi ac criminis.

Idem Attico: Fit gratia Brutii senatusconsultum, ut ne ue  
Salaminis, ne ue qui eis dedisset, frāudi esset.

Idem in Verreri: Statuunt illi atq; decernunt, ut hæ literæ  
quibus existimatio C. Verris ledetur, remouerentur: o-  
pera; daretur, ite ea res C. Verri frāudi esse posset.

Idē pro Sexto Roscio Amerino: Id crit ei maxime frāudi.

Idem in Philippicis: Censeo ut ijs, qui in exercitu Antonij  
sunt, ne sit ea res frāudi, si ante Caleridas Februarij ab eo  
discesserint.

Ibidem: Duos Cn. Pompœi summi ac singularis uiri frā-  
tres incolumes haberemus, quibus certe pietas frāudi esse  
non debet.

Ibidem: Eis frāudi ne sit, quod cum M. Antonio fuerint.

Idem pro Cluent. Quae res nemini unquam frāudi fuit.

Idem Lentul. Si quid ex ijs rebus, quas tibi fortuna largita  
est, nonnullorum hominum perfidia detraxerit: id maiori  
illis frāudi, quam tibi futurum.

Horatius in Odis:

Tu separatis uuidus in iugis,

Nodo coērces uiperino

Bistonidum sine frāude crines.

Identit:

Cui per ardorem sine frāude Troiam,

m 3 Castus

*Castus Aeneas patriæ superstes,*  
*Liberum muniuit iter, daturus*  
*Plura relictis.*  
*Vlpianus, si quid in fraudem, l. Si quid dolo: Cognoscit præ-*  
*tor, & operam dat, ne ea res fraudi sit.*  
*Titus Luius ab Urbe condita: Alij metu, ne non uenisse*  
*fraudi esset.*  
*Ibidem: Ne cui fraudi esset consicisse milites.*  
*Ibidem: Ne cui fraudi esset secessio militum, plebisq.*  
*Ibidem: Ut transitio sibi nec fraudi, nec honoris sit.*  
*Ibidem: Latum ad populum est, ne Seruilio fraudi esset,*  
*quod patre uiuo edili plebis fuisse.*  
*Ibidem: Ut qui ciuis Campanus ante certum diem transi-*  
*set, sine fraude esset.*  
*Ibidem: Sua omnia sine fraude Pccij deportant.*  
*Idem de bello Punico: Ut sine fraude Punicum emittere-*  
*tur præsidium.*  
*Idem ab Urbe cond. Militibus cauendū, ne fraudi secessio sit.*  
*Ibidem: Tilit ne cui fraudi secessio esset.*  
*Ibidem: Iudicibus ne fraudi ea res sit curare.*

### Germanus.

**G**ermanus non solum frater, aut ex Germania oriun-  
*dus, quod manifestum est: sed quandoq; etiam Germa-*  
*na patria, Germana lingua, Germanus atticus, & huius-*  
*modi dicitur. A germine tamen omnia deriuantur, quasi*  
*inde germinata sit ea res, de qua dicuntur.*

*Plautus in Captiis: Nam illi quidem Theodoromedes fuit*  
*germano nomine.*

*Idem in Rudente: Atq; heras tuas quidem hercle, atque ex*  
*germania Græcia.*

*Cicero de Oratore: Hanc ego iudico formam submisi ora-*  
*toris*

*toris, sed magni tamen et germani Attici:*  
*Ibidem: Hos germanos huius artis magistros.*  
*Idem in Rullum: Illi ueteres germani Campani.*  
*Idem de Legibus: Quia si uerum dicimus, hec est mea, &*  
*huius fratri mei germana patria, hic enim orti stirpe an-*  
*tiquissima sumus.*  
*Idem: Hunc locum idem ego te accipio dicere Arpinum*  
*germanam patriam esse uestram.*  
*Idem in Verrem: Quantum inter hunc & illum Numidi-*  
*cum uerum & germanum Metellum intercessit.*  
*Idem de Officijs: Sed nos ucri iuris, germaneque iustitiae so-*  
*lidam & expressam effigiem nullam tenemus.*  
*Idem in Academicis: Erat quippe, si per pauca mutauisset,*  
*germanissimus Stoicus.*

### Generatim, Speciatim.

**G**eneratum & Speciatum, antiqui illi Latinitatis condi-  
*tores sepe in operibus suis scriptum reliquerunt. Po-*  
*steri haec ut optimè quæque deprauarunt: nam Generaliter*  
*& Specialiter p̄fissim corum loco posuere. Videbunt ergo*  
*uieræ Latinitatis studiosi, autoritates quas pro re pau-*  
*cas notauit: & discernent, quod sit inter priscam Latinitatē*  
*& introductam barbariem, scilicet agnoscēt.*

*Cicero de Oratore: Nulli fuerunt, qui illa artificiose dige-*  
*sta generatim componerent.*

*Idem de reditu suo: Legem speciatim initio de salute mea*  
*promulgavit.*

### Vergilius:

*Generatim discite cultus.*

*Vitruvius: Et ijs rationibus naturali temperatura figu-*  
*rantur omnium animalium in mundo generatim qualitates.*

*Idem: De parictibus, & apparatione generatim materie*  
*m 4 eorum*

eorum, quibus sunt uirtutibus & uitijs, quomadmodum posui, exposui.

Cæsar in Commentarijs: Multa preterea generatim ad auaritiam excogitabantur.

### Grauate.

**G**rauat è, aductio ueteres utebantur: idem est quod Moleste quo loco incipit dicunt, Cum dissidentia.

Plautus in Bacchidib. Quam grauate pater accidit  
Tullius de Officijs: Grauate ille primo.

T. Liu. ab Urbe cond. Haud grauate minis obscundo.  
Idem de bello Macdonico: Id grauate concessum regi est.

### Gaudere in finu.

**G**audere in finu, modus loquendi hic apud illos ueteres significat aliquem tacite re & fortuna sua contentum uiuere.

Cicero in Tusculanis: Vi in finu gaudeant, gloriose loqui desinant. Ouidius:

Qui sapit in tacito gaudeat ille finu.

Gratulari hanc rem, hac re,  
& de hac re.

**G**ratulatori tibi hanc rem, & hac re, & de hac re, ab doctis se penumero indiscerte dictum.

Plaut. in Captiuis: Eunt obuiā, gratulanturq; mihi eam rem.  
Cælius Ciceroni: Gratulatori tibi affinitate uiri mediis fidius optimi.

In Verrem: Appellat hominem, & ei uoce maxima uictoriā gratulatur.

Lentulo: Quod mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodij gratularis, minime miramur.

Ibidem: Quod mihi de filia, & de Craßipere gratularis,

agnosco

agnosco humanitatem tuam.

### Habere honorem, Habere honores.

**Q**vam pauci obseruauere hunc dicendi modum, Habere honorem, & Habere honores, quo antiqui & prope diuini illi uates utebantur? Est enim Habere honorem, quod honorare, honoribus afficere, & officijs prosecuti. Quandoq; Habere honores per translationem id significat, quod honorare ad consequendos magistratus.

Plautus in Aulula. Cœpi obseruare ecquid maiorem filius mihi honorem haberet, quam eius habuisset pater.

Idem in Sticho: Neque ille eos honores mihi quos habuit, perdidit.

Cicerô pro L. Flacco: Cui nullus honos in sua ciuitate habitus est unquam.

Idem pro domo sua: Quare ne tibi hunc honorem à me haberi forte mirere.

Idem Attico: Huic habiti à me honores nulli quidem Brute nisi debitti.

Idem Tironi: Curio mis̄i, ut medico honos haberetur.

Idem in Verrem: Tu ex illius honore in eos ipsos, qui honorem illi habuerant, supplicia querebas.

Idem in eundem: Habuit honorem ut proditori, non ut amico fidenti.

Idem Rufo: Si honos his fuit, maiorem tibi habere non potuit: si fides, maiorem tibi habui, quam penitenti mihi.

Idem in Artonium: Ex literis enim C. Panje, A. Hircij consulum, C. Cæsaris proprætoris, de honore dijs immortibus habendo sententias diximus.

Cato Cic. Scis enim quam attente te audire soleam, tc non tam res gestas, quam mores, instituta atq; uitam imperatorum spectare solere in habendis, aut nō habēdis honoribus.

m 3 Habe

## Habere sermonem.

Habere sermonem, id est, facere uerba, colloqui, commentari.  
Varro de Re rustica: Narrasti quidem eidem qui sermones sint habiti.

Ibidem: Referam sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper.

Ibidem: Ad te misi hec, recordatus de ea re sermones, quos de villa perfecta habuimus.

Cicero Attico: Multum is meum sermonem habuit, et per humanum de discordiis multorum.

## Habere iter.

Habere iter, idem est quod iter facere: sed modi iij diuersi, idem significantes, memoriae mandandi sunt.

Cicero Attico: Et ille in Sardiniam iter habebat.

## Habere fidem.

Habere fidem uerbis, idem dicendi modus est, quo multi inepte dicunt. Dare fidem uerbis.

Cicero consulibus, tribunis plebis, senatui, populoq; Romano: Cum essent nonnulli, qui ei regi manorem fidem habendum putarent.

Idem in Verrem, actione v. 1. Fides huic defensioni non haberetur.

Idem pro Cluentio: Non solum sibi potestatem datam, uerum etiam fidem habitam esse meminisse.

## Habere senatum.

Cicero pro domo sua: Cum in Capitolio senatum duo consules haberent.

Homo Romanus, Græcus, Adolescentis.

**H**omo Romanus, Homo Græcus, Homo adolescentis, Homo Italicus, Homo nouus, Homo consularis, Homo alienigena, Homo ualens, modi sunt loquendi, à diuinna illa

na illa uetus state celebrati, à superueniente uero Barbarie neglecti.

Varro de Re rustica: Duo in primis uidentur spectasse Italici homines.

Cicero in Vatinium testem: Tertium scies ex illo obseesso atque afflito tribunatu, consularē autoritatem hominem esse adolescentem consecutum.

Idem pro Marco Cælio: Aliquid adolescentem hominem habuisse rationis.

Idem de prouincijs consularib. Constatbat enim Græci hominem ac leuem, in ipsa prouincia quasi triumphasse.

Idem pro lege Manilia: Quid tam nouum quam homini peradolescenti, cui à senatorio gradu etas longe abesset, imperium atque exercitum dari?

Sallustius in Catili. Deliquerū homines adolescentuli per ambitionem.

Cicero Attico: In quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Pirea scriptorim.

Eidem: Regnum Romano homini, sed ne per se quidem cūquā tolerabile.

Idem in Philippicis: Dicam quod dignum est senatore et homine Romano.

Idem in oratione ante exilium: Consularis homo non minus facultatibus usus.

Aesonius: Mancipes sunt publicanorum principes, Romanū homines, qui quæstus sui causa decimas redimunt, qui pastum aut pecora publica, portorij aut pecuarij, quorum ratio scriptura dicitur.

## Homo nouus.

**H**omo nouus est, qui nullis maiorum suorum rebus præclare gestis, sed à sua uirtute clarere incipit.

Cicer.

Cicero in oratione ante exilium: Noni accusatur quod rempublicam oppugnarit, sed quod homo nouus pernici- sum nobilium restrinxerit furorem.

Idem de Offic. Quod præclare edificasset in palatio: et plenam dignitatis domum, que cū à uulgo uiceretur, suffragata domino nouo homini ad consulatum putabatur.

Sallustius in Iugurt. Etiam homines noui, qui antea per uitutem soliti erant nobilitatem antuerire.

### Homo alienigena.

Cicero pro rege Deiotaro: Iisdem rebus est perturbatus homologinus et alienigena.

### Homo ualens,

Quām prope uulgarem Romanum sermonē, et quām etiam nunc durat? Dicitur Homō ualentis, qui nihil aliud est quām homo, qui uiribus magis, quām iridustria aut uirute aliqua ualeat, præstatue.

Cic. pro Aulo Cluēti. Cum Albio quodam colono hominis ualente, qui simul esse solebat, familiarius ueteretur.

Idem in Verr. Sex lictores circuistunt ualentissimi, et ad pulsando uerberandosq; homines exercitatiissimi.

### Rationem habere.

**H**abere rationem, is dicendi modus frequens, et notus est: id enim significat, quod illiterati Habere respectū dicunt, et genituo iungitur. Habere autem rationem cum aliquo, id est quod inepte, Computum facere, aut Computare dicunt. Ratio enim hoc loco pro Calculo accipitur, ut Ratio accepi, et expensi.

Cicero de Senectute: Habent enim rationem cum terra, que nunquam recusat imperium.

Varr. de Re rust. Etenim tibi ratio cū Horco habetur, ibi non modo fructus est incertus, sed etiam colentium uita.

Cicero

Cicero Attico: Nunc uero quoniam quea putauit esse preclaras, expertus sum quām essent inania, cum omnibus misis rationem habere cogito.

Habere rationem absentis, est ab eodem significato dependet, non tamen ita planū, et in campo positiū est. Cū enim iij aberant, qui uel sacerdotia, uel magistratus petebant, aut ex illis decedebant alios honores petiūti: corum absentium ratio ita interdum habebatur, ut absentes secundum præsentes tractarentur. Quandoq; factio aut odio aliquo intercedente, nulla absentium ratio habebatur. Quod in Cæsarī causa factū est, qui cū perfecto decenni Galliarum imperio, consulatum secundum peteret, ab senatu obtincri non potuit, ut cius absentis ratio haberetur. Vnde armis patriam adoptus, regnandi causa ius uiolauit. Sed quomodo haberetur ea ratio, primum dicamus, deinde quomodo Cæsari negatum fuerit.

Cic. Bruto: Ciceronem nostrum in uestrum collegium cooptari uolo. Existimo omnium absentium rationē sacerdotum comitū posse haberī, nam etiam factū est antea. Caius enim Marius cum in Cappadocia esset, cūiam lege Domitia factus est augur, nec quo minus id postea liceret, illa lex sanxit. Et id in lege Iulia, que lex est de sacerdotiis proxima his uerbis: Qui petit, cuiusq; ratio habebitur, aperte iudicat posse rationem haberī etiam non presentis. Et subdit: Sed quamuis liceat absentis rationem haberī, tamen omnia sunt præsentibus faciliora.

Idem in Philippicis: Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarem Pompeio susserūt; ea uclim reprehendas, si potes: Vnum ne quinquenniū imperium Cæsari prorogaretur: Alterum ne pateretur fieri, ut absentis eius ratio haberetur: quorum si utrumvis persuasissim,

in hac

*in has miseras nunquam incidissimus.*

**I**dem Aulo Cæcine: Rationem haberi absentis non tam pugnauit ut liceret: quād quando ipso consule pugnante populus iusserrat, haberetur.

**I**dem Attico: Cur tantopere pugnatum est, ut de eius absentis ratione habenda decem Tribuni plebis ferrent?

**I**bide: Idem etiam tertio consulatu postquam esse defensor reipublice coepit, contendit, ut decem Tribuni plebis ferrent, ut absentis ratio haberetur, quod idem ipse sanxit lege quadam sua.

**I**bide: Aut cum (ut absentis ratio haberetur) ferebamus.

**I**dem Tironi: Ad consulatus petitionem se uenturum, neque iam uelle rationem haberi suam, se præsentem trinundinum petiturum.

Habeo dictum, Habeo dicere.

**C**onfine vulgari nostro est. Habeo dictum, Habeo dīcere, & Habeo polliceri, sed elegantia plenum est.

**P**lausius in Perse: Satis iam habeo dictum.

**C**icero in Antonium: De Cæsare satis dictum habeo.

**I**dem pro Cornelio Balbo: Quid habemus igitur dicere de Gaditanis fœdere?

**I**dem de Natura deorum: Hec fere dicere habui de natura deorum.

**I**dem de Diuinatione: De nostris somniis quid habemus dicere?

**I**dem Lentulo: De Alexandrina causaq; regia tantum habeo poll:ceri, me tibi absenti, tuisq; præsentibus cumulate satis facturum.

**I**dem Attico: Eo minus habeo necesse scribere.

**V**lpianus, si ingenuus libertus esse dicatur, l. Quoties: Probare libertum suum necesse est.

Iam inde à principio.

**I**am inde à principio, Iam inde usq; à pucro, Iam à pucro, & pueris, Vsq; à pueris, & à pucro, Iam inde ab adolescentia, Iam inde usq; à pueritia: modi sunt loquendi, nativo Latinitatis candore respersi, non interpretis, sed studioſi imitatoris egentes.

A' pucro.

**P**laut. in Sticho: Iam inde à pusillo pucro ridiculus fui.

**C**icero in Tusculanis: Homini præsertim docto à pucro, institutis & artibus ingenuis eruditio.

**T**. Luius de bello Punico: Iam inde à pucro assuetus.

Iam à pueris, & A' pueris.

**T**erentius in Heauton, Qui nos putant iam à pueris illico nasci senes.

**T**. Luius de bello Punico: Ita se à pueris assuetos.

Vsque à pueris, & Iam inde usque à pueritia.

**T**eren. in Adelphis: Vsq; à pueris curauit ambos sedulo.

**I**dem in Heauton. Nam mihi magna cum eo iam inde usq; à pueritia semper fuit familiaritas.

Iam inde à cunabulis, & Inde ab incunabulis.

**V**arro de Re rustica: Iam inde à cunabulis.

**T**itus Luius ab Urbe condita: Inde ab incunabulis imbuitus odio tribunorum.

Iam inde ab initio.

**T**. L. ab Vrb. cond. Iam inde ab initio preparans animos.

**I**bidem: Iam inde ab initio.

**I**bidem: Iam inde ab initio Faustulo spes fuerat, regiam stirpem apud se educari.

**I**bidem: Ut institutum iam inde ab initio erat.

**Iam à principio.**

Plautus in Bacchidibus: *Inde à principio iam impudens epi-stola est.*

Idem in Casina: *Vt uos mili aequos iam inde à principio dicam.*

Cicerо pro Cornelio Balbo: *O iura preclara, atq; diuini-tus iam inde à principio Romani nominis à maioribus no-stris comparata.*

Titus Luivius de bello Punico: *Iam inde à principijs gentijs maiores suos bella gesisse.*

**Iam inde ab adolescentia.**

Plautus in Bacchid. *Hi senes nisi fuissent nibili, iam inde ab adolescentia non hoc tantum flagitium facerent.*

Terentius in Adelphis: *Is adeo dissimili studio est iam inde ab adolescentia.*

**Iam inde à certaminibus,**

Titus Luivius ab Urbe condita: *Iam inde à paternis certami-nibus inuisus,*

**Iam inde à teneris.**

Vergilius in Georgicis:

*Iam inde à teneris impende labore.*

Cicerо de Oratore: *Est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotle constituta,*

Titus Luivius de bello Maccdonico: *Tentare gentem auer-sam Romanis iam inde ab Racilli morte,*

**Id temporis.**

**I**D temporis. Per id tempus. Id aetatis. Hoc aetatis. Id ho-ræ. Eo loci, Quo loci, elegantissimo diceendi modo scri-psum apud illos ueteres comperitur, quod est obseruatione & imitatione dignissimum.

**Id tem-**

**Id temporis, Per id tempus.**

Varro de Rustica: *Itaq; eorum fructus id temporis ma-xime confisi.*

Ibidem: *Quod ibi sepe id temporis oriuntur nimbii.*

Cicerо de Oratore: *Et nos ipsi, quoniam id temporis est, ua-letudini demus operam.*

Ibidem: *Sed nunc quidem quoniam id temporis est, surgen-dum censeo.*

Idem de Finibus bonorum & malorum: *Quod is locus ab omni turba id temporis uacuus esset.*

Idem Attico: *Venit enim à me, et quidem id temporis, ut retinendum esset.*

Idem pro Milone: *Deinde profectus id temporis, cum iam Clodius, siquidem eo die Romam uenturus erat, redire po-tuisset.*

Idem in Catilin. *Quos ego iam multis ac summis uiris ad me id temporis uenturos esse predixeram.*

Titus Luivius ab Urbe condita: *Vt purgaretse, quod id tem-poris uenisset.*

Hircius in Commentarij: *Id temporis conati ad murum accedere, ut oppidum caperent.*

Ibidem: *Incidit idem temporis.*

Ibidem: *Per idem temporis.*

Cicerо in Bruto: *Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se.*

Hircius in Commentarij: *Per id tempus fere Cæsaris exer-citui res accidit incredibilis auditu.*

**Id aetatis.**

Plautus in Asinaria: *Neq; puduit eum id aetatis sycophan-tias struere.*

Cicerо Torannio: *Ita uiximus, et id aetatis iam sumus, ut*

*n omnia*

omnia quæ nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debemus.

Idem de Oratore: Quoniam id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris imponitur.

Idem pro Aulo Cluent. Se in balneis cū id ætatis filio fuisse. Idem in Arte rhetorica: Cum id ætatis et priuatus esset. Idem Attico: Credo Platonem uix putasse satis consonum, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuerisset.

Idem pro Lucio Flacco: Qui quoniam est id ætatis.

Titus Livi ab Urbe condita: Quis, et cuius, et cur id ætatis in castris fuisse.

Ibidem: Qui se id ætatis sollicitassent.

### Hoc ætatis Quid sis ætatis.

Plautus in Trinummo: Quanquam hoc me ætatis sycophantari pudet.

Idem in Bacchidibus: Censebam me effugisse à uita maritima, ne nauigarem tandem hoc ætatis senex.

Ibidem: Pudet, hoccine ætatis ludum ijs factū esse indignus.

Ib' dem: Hoc dēnum est, quod per cruciōr, me hoc ætatis iudicari.

Idem in Persa: Ego scio quid sis ætatis.

### Eo loci, Quo loci.

Cicero Attico: Rcs eadem est loci, quo reliquisti.

Vlpianus de iudicijs, l. Hærcs: Defendere se eo loci debet.

Idem eadem sit. Sed et si: Si ea res, quæ per fidem commissum relictæ est, eo loci sit, dicendum est non debere præscribi.

Idem de noui operis nunciatione, l. De pupillo: Qui eo loci operantur.

Idem de Senatus consulto Syllaniano, legc, Cum aliter:

Qui

Quicunq; eo loci faciūt, unde uocem exaudire potuerat.

Vitrinius: Quo loci describuntur lineæ.

### Iurare conceptis uerbis, Periurare.

**I**urare conceptis uerbis, et Periurare, modus est loquē di apud ueteres. Formula enim quædā iuratuō propo ncbatur certis notatis uerbis, in quam iurandū esset. quādoq; absolute, Conceptis iurare, dicebatur.

Plautus in Afrinaria: Vbi uerbis conceptis sciens libenter periurāris.

Idem in Cistellaria: At ille cōceptis iurauit apud matrem suam.

Idem in Mercatore: Conceptis uerbis ita iusfurandū dabo.

Idem in Truculēto: Quid si me iubeat intromittere? Conceptis me non facturum uerbis iurem?

Idem in Bacchidibus: Ego iusfurandū conceptis uerbis dedit.

Cicero pro Aulo Cluentio: Dixit se scire illum uerbis conceptis peccasse.

### Iurare in uerba.

Iurare in uerba, id est, quod iuramento promittere, seruare ea, quæ uerbis conceptis essent promissa. modus est ita loquendi. Horatius:

In uerba iurabis mea.

Idem:

Nullius addictus iurare in uerba magistri.

### Impingere.

**N**on est impingere, quod ascribere, aut attribuere, ut nonnulli insulse uolunt: sed in faciem, aut oculos iatere, ut infra.

Cicero de Tusculanis: Huic calix mulsi impingendus est ut plorare desinat, aut aliquid eiusmodi.

Idem ad Atticum: Impedit formulam Scaptio.

yergilius: Impingeret agmina muris.

## Infantia.

**I**nfantia non pro ætate solum, sed pro dicendi inscitia ab ueteribus illis ponebatur.

Cicero Attico: Omnino accusatoris incredibilis infantia. Idē pro Cluentio: Si nihil dixisse, ne infantissimus: si mul ta in eiusmodi causa dixisse, ut impudetissimus existimarer.

## Impressio.

**Q**uid sit Impressio, diu multumq; meditans, cùm apud nonnullos reperissim Impressiōnem factam esse, adductus sum ut id esse credarem, quod impetu, quod quasi per impressum terrorem fiat.

Varr̄o lib. 1. Rerū rusticarū: Hostes se arbitrati occasio nē habere uictoriæ, impressionē facere coepérūt in castra. Idem de Lingua Latina: Piso in Annibalib; scribit, Sabino bello, quod fuit Romulo & Tatio, uirum fortissimum Metium Curtium Sabinum, quem Romulus cum suis ex superiori parte impressionem fecisset, Curtium in locū palustrem, qui tum fuit in foro, antequam cloacæ sint factæ, secūsse, atq; ad suos in Capitolum recepisse, ab eo locū inuenisse nomen.

Cicero pro Lucio Flac. Non igitur impressio, non occasio, non uis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriā faciendam Flacci anum impulerunt.

Hircius in Commentarijs: Ut omnium multitidine in fines Successionum, qui Rhemis erant attributi, facerent impressionem.

Ibidem: Caesar equitum turmas suorum iubet in hostium equitatum, qui ad oppidum in statione erat, facere impressionem.

Ibidem: Quo facto, sui sublati uniuersi, in hostes impressione facta, in fugam aduersarios dederunt.

Titus

Titus Luivus ab Urbe condita: Postquam impressionē senere ex aduerso factam, et ante oculos micare gladios.

Ibidem: Duo extra ordinem millia, quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent, tenuerē.

Ibidem: Impressione una totum equitatum fudere.

Ibidem: Repetendo signo primam impressionem factam.

Ibidem: Reintegrato clamore, secuti dant impressionem.

Ibidem: Dein ualida impressione pulsi, terga uertunt.

Ibidem: Non ferentes impressionem Latinorū, se ad principes retulere.

## Inire gratiam.

**I**nire gratiam, Inire rationem, Inire magistratum, Inire consilium, Inire pugnam: modi sunt loquendi, Roma no candore conditi, et memorie maxime mandandi.

## Inire gratiam, &amp;c cum præpolitione à uel ab.

Plaut. in Curculione: Inibis à me solidā et grandē gratiā.

Idem in Trinūmo: Hoc pacto ab illo inibis summā gratiā.

Idem in Asinaria: Bene hercle facitis, et à me initis gratiā.

Idem in Sticho: Nunc me gratiam abs te inire uerbis nihil desidero.

Idem in Modellaria: Eadem inis gratiam.

Idem in Cistellaria: Hanc inibo gratiam ab illis.

Ibidem: Et co à me magnam iniſtis gratiam.

Ibidem: Si eam demonſtret, ineat magnam gratiam.

In Epidico: Si iſtū hominem, quem tu queritas, tibi cōmonſtrasso, ecquam abs te inibo gratiam?

Terentius in Adelphis: Ego lepidus ineo gratiam.

Idem in Eunuco: Adibo, atq; ab eo gratiam hanc, quam video uelle, inibo.

n 3      Idem

- Idem in Hecyra: Ut gratiam ineat sine dispensio suo.  
 Cicero Seruio Sulpitio: Gratia quoque nos inire ab eo defendenda pace arbitrabatur.  
 Idem de Offic. Sin crunt merita, ut non incunda, sed reserenda sit gratia, maior quedam cura adhibenda est.  
 Idem in Verrem: Nemo erat voluntarius laudator prætorum tue, defensor periculorum tuorum: presertim cum inire à populo Romano gratiam posset nemo.  
 Ibidem: Ut idem Pompeius non ab homine solù, sed etiam à provincia tota se huius absolutione inire gratiam arbitraretur.  
 Cæsar in Commentariis: Qui se sumnam à Cæsare gratiam inituros putarent.  
 Titus Liuius de bello Macedonico: Apud regem gratiam initiam uolebant.  
 Idem de Bello Punico: Gratiam magnam apud Hannibalem inituros,  
 Idem de Bello Macedonico: Ut dum licet, gratia iniret.

**Inire rationem.**

- Cato de Re rustica: Vbi ea cognouit, rationem inire optet operarum, dierum.  
 Cicero in Verrem: Mihimet incunda ratio, et uia reperienda est, qua ad Apronij, siue adco qua ad istius ingentem immancemque predam possim peruenire.  
 Idem Rufe: A me inita ratio est, quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant.  
 Idem Seruio Sulpitio: Adiuuus, incasque rationem, quemadmodum illa mulier Romanam perducatur.  
 Idem contra Rullum: Iniret ratio questus de uestra pecunia.  
 Cæsar in Comment. Ut quod primū curreretur, aut cui rei ferretur auxilium, uix ratio iniri posset.

T.Li

- T. Liuius ab Urbe condita: Ab eodem inita ratio est.  
 Ibidem: Initia tandem ratio est, ut quod uiribus decerat, arte equaretur.  
 Ibidem: Ne oppugnandi certa ratio iniretur.  
 Ibidem: Haud facile inibatur ratio iubendi.  
 Ibidem: Initia ratione minucndi cius.  
 Ibidem: Vix se rationem inire posse, utrum à se audacius, an fugaciis ab hostiis geratur bellum.  
 Idem de Bello Punico: Rationē inijt, qua senatus seruaret.  
 Ibidem: Ne tantum bellum efficerent, inibatur ratio.  
 Ibidem: Se aliquam rationem inituros, quomodo ab Hispanis sumant.  
 Idem de bello Macedonico: Atque ego nonnullarum cupidatum, nec causam quidem aut rationem inire possum.

**Inire consilium.**

- Cicero ad Brutum: Consilia inire coepi Brutina plane. *consilium*  
 Titus Liuius de bello Punico: Inde consilia inire cum genero coepit.  
 Idem ab Urbe condita: Qui regni recuperādi consilia iniissent.  
 Cæsar in Comment. Vna cum Ambiorige consilium inerat.

**Inire pugnam, & prælium.**

- Plautus in Amphitryone: Antequam cum Taphijs à te pugna sit inita.  
 Titus Liuius de bello Punico: Tentata uerius pugna quam inita est.  
 Idem ab Urbe condita: Hoc ultimum utring; initum, finitumque est prælium.

**Inire urbem.**

- Titus Liuius ab Urbe condita: Ut ouans sine militibus urbem iniret.  
 Ibidem: Triumphantes uictore cum exercitu urbē inierunt.

n 4

Inire

## Inire consulatum.

T.Liuus ab Vrbe condita: Consulatum incunt.

## Inire numerum intersectorum.

Idem de bello Macedonico: Numerus intersectorum haud facile iniri potuit.

## Inire interregnū.

Idem ab Vrbe condita: Tertio die quām interregnū inierat, consules crebat.

## Inire epulas.

Cicero in secundo de legibus: Sequebantur epulae, quas inibant propinqui coronati.

## Inire conuiuum.

Idem in Verrem actione sexta: Quo cum inire conuiuum nemo unquam, nisi turpis impurusq; uoluisset.

## Intentare mortem, manus.

**I**ntentare mortem, Intentare manus, modo loquendi elegantiissimo ueteres illi frequenter usi sunt: id enim significat, quod mortem communari manus ferē inūscere.

Cicero pro Milone: Intentauit uero, seruos non armis non uim?

Idem in Tusculanis: Is ardentes faces intentat.

Vergilius:

Præsentemq; iuris intentant omnia mortem.

Ouidius in Metamorphosi:

Conatæq; loqui, & magno clamore proteruas

Intentare manus.

Cicero pro Milone: Itaque quando illius postea sica illa, quam à Catilina accepérat, conquieuit? Hæc intentata nobis est, huic ego uos obiici pro me non sum passus.

Asconius Pædianus: Circumuenti sunt ante tribunal eius accusatores, à notis operarum ducibus: ita ut mors intentatur,

retur,

retur, si mox non desisterent.

Titus Liu. ab Vrbe condita: Prænestinis iā intentari arma.

Ibidem: Dictatorum fulmen in se intentatum.

Ibidem: Virgas & secures uictoribus intentari.

Ibidem: Gladij etiam pleriq; intentati.

Idem de bello Macedonico: Cum intentassent magis quām inissent certamen.

Hircius in Comment. Et ei manus intentare cœperunt.

## Instar.

**I**nstar absolute, & sine genituuo aliquando pro exemplari ponitur. Vergilius:

Tantum instar in ipso est.

Vlpianus de noui operis nunciatione, I. Stipulatio: Si proponatur instar quoddam operis, quasi facies quedam facti operis.

Iacere ad pedes, Prouolui, Procumbere ad pedes, & ad genua.

**I**acere ad pedes, Prouolui ad pedes, Procumbere ad pedes, & ad genua, eleganter optimi illi autores dixerūt.

Cicero in Verrem: Mihi ad pedes misera iacuit.

## Incidit mihi.

Terentius in And. Nam quī tibi isthæc incidit suspicio?

Cæsar in Comment. Tantus terror incidit eius exercitui.

## Iure tuo, Iure meo.

**I**ure tuo, Iure meo, Pro tuo iure, Pro meo iure, id est, quod multi insulse dicunt, Tu modo, Meo modo, Ad uoluntatem tuam, Ad bene placitum: & alia quæ non tam audire, quām commemorare pudet.

Cicero in Oratore: Pro meo iure sumo.

Idem Cælio: Ut ad te familiariter & quasi pro meo iure scriberem.

ii 3

Idem

*Idem Attico: Ita in crisi nostri causa fuit, quod non habebam locum, ubi pro meo iure diutius esse possem, quam in fundum Sicæ.*

*Idem de Finibus bonorum & malorum: Satis ne uobis uideor pro meo iure in uestris auribus commendatus;*  
*Idem pro Publio Sextio: Quare moneo uos adolescentiores, atq; hoc meo iure præcipio.*

*Idem in Verrem: Meo iure enim contendam.*

*Vlpia de damno infecto, l. Proculus: Si iuxta mea ædificia habeas ædificia, eaq; iure tuo altius tollas.*

*Cicero Seruio Sulpitio: Ut quid tibi opus sit, ne dubitent mihi iure suo denunciare.*

*Idem Cælio: Sed si esset aliqua dissimilis istius, quæ se omnibus prouulgaret, quæ haberet palam decretum semper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias iure suo libidines omnium commearent.*

*Idem in Verre: Quem iure suo adire, aut appellare posset.*  
*Neratius de usufructu: Usufructarius nouum tectorium parietibus, qui rudis fuissent, imponere non potest: quia tametsi meliorum excollendum ædificium dum causam facturus esset, non tamen id iure suo facere potest.*

*Cicero pro lege Manilia: Præsertim cum iam suo iure populus Rom. in hominem suam autoritatem, uel contra omnes qui dissentiunt, possit defendere.*

*Idem pro Aulo Licinio Archia poëta: Earum rerum omnium uel in primis hic Aulus Licinius fructum à me repetere prope suum iure debet.*

*Ibidem: Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas.*

*Idem pro Sexto Roscio Amerino: Tametsi meo iure possum.*  
*Idem in Antonium: Venio nunc ad reliquos consulares,*

*quor*

*quorum est nemo iure meo hoc dico) qui non mecum habeat aliquam coniunctionem gratiae.*

*Instruere hortos, nauem, fundū, domum.*

*H*inc quoq; loquendi modum antiqui suis scriptis ue-  
*nustissime interscruerunt. Dicabant enim, Instruere  
 hortos, Instruere nauem, fundū, domum, & huiusmodi:  
 quo nihil aliud significatur, quam cōparare in hortis ne-  
 cessaria, in nauī, in fundo, domi: ut nihil quod usui aut or-  
 namēto sit, illis desit.*

*Cicero de Offic. Emit hortos, & emit instructos.*

*Iulianus ad legem Rhodiā, de iactu, l. Nauis aduersa: Hic enim sumptus instruendæ magis nauis, quam seruandarū mercium gratia factus est.*

*Scœuola de peculio, l. Filiofamilias: Cui ex hæredibus prædia prælegauit, ut instructa erant cum seruis.*

*Idem eodem titulo, l. Vni ex hæredibus prædia legauit, ut instructa erant, cum seruis & cæteris rebus, & quicquid ibi esset.*

*Vlpianus locati & conducti, l. Si addes: Dolia utiq; colo-  
 no esse præstanta, & prælū, & trapta instructa funibus:  
 si minus, dominum instruere ea debere.*

*Idem de uerborum significatione, l. Instructam autem ta-  
 bernam fac accipimus, que & rebus, & hominibus ad ne-  
 gociationem parata constat.*

*Iabolenus de fundo instructo, l. Si cui fundum & instru-  
 mentum legare uis, nihil interest quomodo leges, fundum  
 cum instrumento, an fundum & instrumentum, an fun-  
 dum instructum.*

*Scœuola eodem titulo, l. Nepoti legauerat prædia, que re-  
 gione certa habuerat, ut instructa sunt cum uino, grano,  
 calendario.*

*Vlpian*

Vlpianus eodem titulo, l. Quæ sit: Et Sabinus libris suis ad Vitellium scribit fatendum esse, plus esse, cum instrumentus fundus legatur, quām si cum instrumento. Et subdit: Proinde si fundus sit instructus iugatus, et supellex cotinebitur, quæ illic fuit usus ipsius gratia. Et subdit: Idem respondit, instructis horreis legatis, etiam uina quæ ibi fuerunt, quo dominus esset instructior, contineri: aliud esse, si horrea ibi habuit, unde instruebatur uel in urbe, uel in alijs prædijs.

Pomponius eodem titulo, l. Si ita testamento scripsit, quæ tabernarum excendarum et instruendarum, pistrini, cuncta ponere causa facta paratiq; sunt, do, lego.

Scenula eodem titulo, l. Prædia: Fundū legavi in hac uerba: Sempronio fratri meo hoc amplius fundos meos, ita ut instructi sunt, Caßianum, Meianum cum suis salictis et syluis.

Idem eodem titulo, l. L. Titius fundum uiri erat instructus, legaverat.

Item, & Ita.

**N**il uulgatus est particula Item, at interior latet sensus, quo dici non potest, quām eleganter usi fuerint perfecti illi autores. ex infrā scriptis locis discrimen quod sit in eo aduerbio, late patebit. Meo tamē iudicio id quandoq; significat quod Ita, quandoq; quod Autem, quandoque quod similiter.

Plautus in Aulularia: Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem, fastiosum, me item esse hominem pauperum pauperrimum.

Terentius in Andria: Sed postquam amans accessit ad eā, pretium pollicens, unus et item alter.

Cicero in Oratore: Nam omnium magnarum artium fit cut

cui arborū altitudo nos delectat, radices stirpesq; nō itē. Ibidem: Ita sit, ut non item in oratione, ut in uerbi numerus extet.

Idem in Arte rhetorica: Inferius non item.

Ibidem: Quæ omnia item uti contraria rerum bonarum in rebus uitandis reperiuntur.

Idem in Academicis: Non enim fortuito hunc artificem dicimus esse, illum negabimus. Scd cū alterum præcepta est comprehensione tenere uideamus, alterum non item.

Idem in Tusculanis: Sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item.

Idem: In libera seruauit, in libero non item.

Idem in Catilinam: Deinde item accersitur L. Statius.

Idem de Diuinatione: Qui magis anguis quām lacertis, quām muribus: quia sunt hæc quotidiana, angues nō item.

Idem in Rullum: Sed quaro à te, putes ne si populus usserit me tuum, aut item te meum scrum esse, id iussum ratum, aut firmum futurum?

Vitrinius: Non enim ut Babylone abundantes liquido bitumine pro calce, et arena, et coto latere, factum habet murum: sic item possunt omnes regiones seu locoru proprietates, habere tantas eiusdem generis utilitates.

Cicero in Tusculanis: Sic illi in morbum et incidentur tardius, et recruntur ocyus, hebetes non item.

Idem in Verrem: Faciebat hoc idem in cæteris ciuitatibus grandes natu matres, et item paruuli libcri miserrorum.

In rem esse, Ex retua, E' dignitate,  
E' republica.

**I**vrarem nihil me in uita suauius his flosculis odorari, quos è diuersis lectionibus, quasi è topiario quondam opere collegi. Nam inter cætera quanto candore renitet illud,

*illud, Ex re tua, E' dignitate, E' republika: interdum iucunda uaricte intermixtum, In rem tuam, In rem meam, quod non tam in rem publicam item dicitur, quod sine pronomine absolute, In rem: ut palam sit certum quendam modum loquendi, cumque statum ac fixum quod ueteres illos esse, qui orationem ueluti quoddam solis iubar illuminet.*

*Plautus in Pseu. Quasi quid in rem sit posimus noscere.*

*Idem in Aulul. Quod in rem esse utriusque arbitremur.*

*Ibidem: In rem hoc tuam est.*

*Ibidem: Hoc tu eadem, si confiteri uis, in rem tuam feceris.*

*Ibidem: Istud in rem utriusque est maxime.*

*Idem in Amphitryone: Que maxime in rem uestram comi-  
nuncem sicut.*

*Idem in Menachmis: Alij sunt ita, ut in rem esse dicunt  
suam.*

*Sallustius in Catilinam: In rem fore credens uniuersos ap-  
pellare.*

*Terentius in Phor. Non hercle ex re istius, me instigasti.*

*Idem in Hecyra: Neque enim est in rem nostram, ut quis-  
quam amator nuptijs laetetur.*

*Cicerio Attico: Summa crit haec, statuas ut ex fide, fama,  
reque mea uidetur.*

*Idem Bruto: Facis ex tua dignitate et ex re publica.*

*Eidem: Si minus id commodo recipi pub. facere posses, siue non  
existimares ex repub. esse.*

*Eidem: Et tu si arbitrare utilis fore, et ex rep. esse, per-  
sequere bello Dolabellam.*

*Sallustius in Catilin. Certe scio que studio dixerit, est rep.  
dixisse.*

*Titus Luivius ab Urbe condita: Ad comparanda ea, que  
in rem opus erant, tempus habuit.*

*Ibi*

*Ibidem: Faceret quod est repub. fideque sua duceret.*

*Idem de bello Macedonico: Nec cogitaret modo, impera-  
reque que in rem essent, sed pleraque ipse transigeret.*

*Ibidem: Loquendo plura, que in rem non essent, die con-  
sumpto.*

*Ibidem: Hortatur, imperat, que in rem sunt.*

*Idem de bello Punico: Ut si est repub. censor esse, ueniret.*

*Ibidem: Ut trunquam inquit est repub. fuit patres conscripti.*

### Informare.

*B*onam partem in Latinitate obtinet hoc quoque uer-  
bum Informare: praeferit quidem a multis, aut non  
obscuratum. Est enim Informare rem aliquam inchoare,  
nec omnino perficere, sed principium operi quodammodo  
informe et impolitum dare, ut si aut figulus uisculum fin-  
gere, aut faber statuam dolare coepit, ut infra clarius pa-  
titbit.

*Varro de Lingua Latina: Que uideretur analogia in  
oratione, et quas haberet species, et que de his sequenda  
uideretur, ut breviter potui informauit.*

*Cicerio Attico: Quod si ista nobis cogitatio de triumpho  
infecta non esset, quam tu quoque approbas, ne tu haud  
multum requireres illam uirum, qui in sexto libro infor-  
matus est.*

*Eidem: Hoc est informatio adhuc cogitatio.*

*Eidem: Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris  
gentibus coniunctio, ut non nominatim, sed generatim pro-  
scriptio esset informata.*

*Idem de Oratore: Referamus nos igitur ad cum, quem uolu-  
lum inchoandum, et eadem eloquentia informandum.*

*Ibidem: Ac primum informandus est ille nobis, quem solum  
quidam uocant Atticum.*

*Ibid*

Ibidem: Valentiorum hæc laterum sunt, nec ab hoc quem informamus, aut expectanda, aut postulanda.

Ibidem: Verum ego non solum arbitrabar his præsertim audiuntibus à me informari oportere, qualis esse posset is qui habitaret in subcellijs.

Ibidem: Vnius uerbi imagine totius sententiaæ informatio.

Ibidem: Atq; ego in summo oratore fingendo talcm infor-mabo, qualis fortasse nemo fuit.

Idem pro P. Quintio: Neq; tamen iam uerba multa faci, propterea quod et ab illo, que ante dixit, iam informata causa est.

Idem pro P. Sylla: Ut dicitis, informat ad hoc adumbratū iudicium filij.

Idem de Finibus bonorum et malorum: Dicitis informari non posse uirtutem, si quicquam nisi quod honestum sit, numeretur.

Ibidem: Et summatis quidem hæc erant de corpore animoq; dicenda, quibus quasi informatum est, quod hominis natura postulat.

Idem de Natura deorum: Magnam turbam congreget ignorantum deorum: atq; ita ignoratum, ut eos ne conjectura quidem informare possimus, cum mens nostra quiduis videatur cogitatione posse depingere.

Ibidem: Que enim nobis natura informationem deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus.

Vergilius.

His informatum manibus iam parte polita

Fulmen erat.

Cicero pro Aulo Licio: Nam ut primum ex pueris ex-cessit Archias, atq; ab ijs artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatē informari solet, se ad scribēdi studium contulit.

Iubeo

Iubeo te bene ualere habere bonum  
animum, saluere.

Iubeo te bene ualere, Iubeo te habere bonum animum,  
Iubeo saluere: modus est loquendi elegantissimus, et fe-re iam ubiq; ac paſſum neglectus.

Plautus in Persa: Iubeto habere animum bonum.

Idem in Asinaria: Saluere iuſi Libanum libertum.

Cicero Attico: Dionysium iubeo saluere.

Ibidem: Dionysium uelim saluere iubcas.

Ibidem: Quem saluere uelimi iubcas plurimum,

Horatius:

Rufum saluere iubemus,

Integer.

Non minimum (ut reor) interest literarie reipublicæ,  
agnoscere et hoc nomen Integer, quid interiore sen-su significet: quod incuria et negligentia diu fuit ab omni propre usu remotum. Est enim Integer aliquando quod ua-lidum, firmum, uegetum, sobrium: cuius contrarium est, Fessum, Saucium, Vitiatum, Languidum, Vitiosum: ut ex autoritatibus planum fieri.

Cicer. pro L. Murena: Integrorum et fortunatorum pro-missis, saucios et miseros credere non oportere.

Idem Attico: Eumq; uidi planè integrum.

Idem de Natura deorum: Multo plura euenerint, si ad quietem integrum tremus: nunc onusti cibo et uino, perturbata et confusa cernimus.

Cæsar in Commen. Cum crebro integrum defensis succederet,

Ibidem: Ut integri defensis succedant.

Ibidem: Non facile recentes atq; integrum sustinabant.

Ibidem: Integros defatigatis submittens.

Cornelius Celsus: Neq; enim haec solum consideranda sunt,

o sed

sed etiam morbi genus quod sit, utrum superans, an deficiens materia leserit: corruptum corpus sit, an integrum. Titus Livius ab Urbe condita: Romanus integer, satiatus: q; somno, productus in aciem, fessum stando est uigilijs Volsum primo impetu perculit.

Horatius:

Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia natus  
Illi nullus erat: sed credo hac mente, quod hospes  
Tardius aduentiens, uitiatum commodius quam  
Integrum edax dominus consumicret.

Integer animi, uitae, mentis.

Inde per translationem dicti coepit est, Integer uitae,  
Integer animi, Integer mentis.  
Cicero in Arte rhetor. Integer animi fuisse demonstratur.

Horatius:

Integer est animi. Idem:

Integer est mentis Damasippus. Idem:

Integer uitae, scelerisq; purus.

Sanguis etiam integer dictus est.

Plautus in Truculento: Adolescens cum sis, tum cum est  
sanguis integer. Vergilius:

Vos o quibus integer eui

Sanguis, ait.

Cornelius Celsus: Si sanguis crassus & niger est, uitiosus  
est: si rubet & pellucet, integer est.

In loco.

In loco modo hoc dicendi comprehendimus id esse, quod  
opportune, & captato (ut aiunt) tempore.

Terentius in Heauton. Eho laudas qui heros fallunt? Re-  
spondetur, In loco ego uero. Horatius:

Dulce est despere in loco.

In

In manum conuenire.

E Penetrabibus diu Ciceronis effodi nuper (meo iudi-  
cio) à paucis obseruatū, quid sit In manum conuenire.  
A quo dicendi modo tantum posteri absuerunt, ut nulla  
eiusmodi (quod legerim) extet memoria.

Cicero in Topicis: Si ita Fabie pecunia legata est à uiro,  
si ei uiro mater familiās esset, si ea in manum non conuene-  
rat, nihil debetur. Genus est enim uxor, eius duæ for-  
mæ sunt, una matrum familiās, haec sunt que in manum con-  
uenierunt: altera carum, que tantummodo uxores haben-  
tur: qua in parte cum facrūt Fabia, legatum ei non uidetur.  
Ibidē ab effectis rebus hoc modo: Cum mulier uiro in ma-  
num conuenit, omnia que mulieris facrunt, tui fiunt dotis  
nomine.

Idem pro L. Flacco: In manū, inquit, conuenierat, nunc au-  
dio, sed quero, usū an coēmptione? usū nō potuit: nihil enim  
potest de tutela legitima sine omnium tutorum autoritate  
diminui, coēmptione omnibus autoribus.

Papiniatus de uerborum obligatione, lege, Ex ea partē:  
Mulier ab eo in cuius manum conueniebat, stipulata fuerit  
ducenta. quamuis mendum sit in pleriq; codicibus, qui in  
matrimonio, non in manum conueniebat, habent.

Boëthius super Topicis Ciceronis: Nunc de proposito ui-  
deamus exemplo. Vxoris species sunt duæ: una matrum fa-  
miliās, altera ius: sed communī generis nominē uxores uo-  
cantur. Fit uero id sepe, ut species eisdem nominib; nun-  
cupentur, quibus & genera. Mater familiās uero esse non  
poterat, nisi que conuenisset in manum. haec autem  
certa erat species nuptiarum. Tribus enim modis uxor  
habebatur, usū, farre, coēmptione. Sed confarratio so-  
lis pontificibus conueniebat. Quæ autem in manum per  
coēmptionem

coëmptionem conuenerant, hæ matres familiæ vocabantur; quæ uero usu uel farre, minime: coëmptio uero certis solennitatibus peragebatur, et sece in coëmendo inuicem interrogabant. Vir ita, an sibi mulier materfamilias esse uellet? Illa respondebat, uelle. Item mulier interrogabat, an uir sibi paterfamilias esse uellet? Ille respondebat, uellet. Itaque mulier uiri conueniebat in manum, et uocabantur hæ nuptiae per coëmptionem, et erat mulier materfamilias uiro loco filiae. Quam solennitatem in suis institutis Vlpianus exponit. Quidam igitur extremo iudicio omne Fabiae uxori legauit argentum; si quidem Fabia ei non uxor tantum, uerum etiam certa species uxor, id est, materfamilias esset. Quaritur an uxori Fabiae legatum sit argentum. Uxor Fabia subiectum est, legatum argentum prædicatum. Quero igitur quod nam ex ijs argumentum sumere possemus, quæ in questione sunt posita, ac uidco uxori duas incesse formas, quarum una tantum uxor est, altera materfamilias, quæ in manum conuentione perficitur: quodd si Fabia in manum non conuenit, nec materfamilias fuit, id est, non fuit ea species uxor, cui argentum omne fuit legatum. Quocirca quoniā id quod de alia specie dicitur, in alijs dici non conuenit: cum Fabia præter eam speciem sit, quæ in manum conuenit, id est, quæ materfamilias sit; et uir materfamilias legauerit argentum, non uidetur Fabia esse legatum. Quomodo igitur dictum est, an uxori Fabiae omne argentum legatum sit? Subiectum, uxor Fabia: prædicatum uero, legatum argentum. Argumentum ab eo quod est in ipso de quo queritur: id est, ab eo quod est in uxore, de qua queritur. Est autem in uxore, de qua queritur, species uxor, ea scilicet, quæ in manum non conuenit, quæ ad

eam

eam affecta est. Omnis enim species ad suum genus referatur, id est, omnis forma. Factum est igitur argumentum ab eo quod est in ipso, ab effectis, a forma generis. Maxima proposilio est, Quod de una specie dicitur; idem in alterant non conuenire.

### Importunus.

**I**mportunus, præter manifestum sensum id obseruui à bonis illis autoribus significare, quod detestandum, aut execrandum.

Terentius in Andria: Importunitatem spectate aniculæ obsecro: quia compotrix eius est. Horatius:

Importuna tantum pauperes abest.

Ciceron pro Cluentio: Recepit est exorta mulieris importune nefaria libido.

Ibidem: Furcre crudelis atque importuna mulier, sibi nequam ut sperasset ea quæ cogitasset.

Ibidem: Quam propter animi importunitatem nemo recipere cœlo, nemo audire, nemo alloqui, nemo respicere uellet.

Idem de prouin. cosul: Propter illud insigne scelus eorum, et importuntam in me crudelitatem.

Idem pro P. Sextio: Duo importuna prodigia, quos egestas, quos aeris alieni magnitudo, quos levitas, quos improbitas tribuni plcbis constrictos adulxerat.

Ibidem: Sed putauit tamen coniuratorum copias ueteres, et effusam illam ac supereratam Catilinae manu importunam, nouo duce renouatam.

Idem in Pisontem: Facio iniuriam fortissimo uiro mortuo, qui illum cuius paucos pares haec cuitas tulit, cum hac importuna belua conferam.

Idem pro Cluentio: Huius importunitatem matris à filij capite depellite.

*Idem de Amicitia: Quanquam miror pro illa superbia et importunitate, si quempiam amicum habere potuit.*

*Idem in Catilinam: Egredere cum importuna sceleratum manu.*

*Ibidem: Quis deniq; ita aspergit, ut perditum ciuem, ac non potius importunissimum hostem?*

*Ibidem: Mibi quidem importunus ac ferreus, qui non dolorem cruciatu leniret.*

*Idem in Ver. Istitus immanis atq; importuna natura.*

*Ibidem: Furor enim quidam sceleris et audacie comes, istius effrenatum animum, importunamq; naturam tanta oppresit amentia.*

*Ibidem: Nunc autem ne post obitum quidem huius importunissime pestis quisquam reperiatur, qui sua uoluntate araret.*

*In Antonium: Tu illarum aedium diis penatibus os importunissimum ostendere ausus es?*

*Ibidem: Non possum aequo animo uidere tam importunos, tam sceleratos hostes.*

*Ibidem: Quin nulla societas cū illa importunissima bellua esse posset.*

*Idem pro Rabirio perduellione: Te ex illa crudeli, importuna, non tribunitia actione, sed regia, meo consilio, virtute, autoritate esse depulsum.*

*Item contra Rullum: Ut intelligatis ad certorum hominum importunam auaritiam, hoc populare legis agrariae nomine esse quasitum.*

*Titus Luivius ab Urbe condita: Que crudelissimi et importunissimi tyranni sceleris in oppressos ciues edunt.*

*Ibidem: Importunos decemviro, injunxit, ut perennem militiam facerent.*

Vergilius:

Vergilius:

*Bellum importunum ciues cum gente deorum,  
In uitiosis viris geritis.*

Ouidius:

*Scilicet omne sacrum mors importuna prophana.*

*Cicero de Natura decorum: Varus homo importunissimus periret sic: quia Drusum ferro, Metellum ueneno sustulerat.  
Idem pro P. Sylla: Itaq; P. Sylla hoc importunissimo tum ho noris, tum calamitatis socio atq; comite, et secundas fortunas amittere coactus est.*

*Ibidem: Repente ista tanta importunitas inauditi sceleris exarsit.*

*Idem pro rege Deiotaro: Cuius tanta importunitatis omnium gentium, atq; omnis memorie clarissimum lumen extinguebat.*

*Idem qua senatu gratias agit post redditum suum: Si modo uulnus importunum in forum detulisset.*

*Idem ad Pontifices: Queritur et iam importuna pestis ex ore impurissimo.*

*Idem pro Lucio Muræna: Illa pestis immanis, importuna Catiline prorumpet, qua poterit.*

*Idem de Responsis aruspicuum: Videbam illud scelus tam importunum.*

In hunc diem, In hunc annum,

In hanc horam.

*Quod aliqui Pro hoc die, Pro hoc anno, Pro hac hora incepit dicunt: antiqui illi In hunc diem, In hunc annum, In hanc horam dicebant. Similiter quod dicunt, Pro die crastino, Pro perendino, Pro uno anno: illi In crastinum, In perendinum, In annum dicebant. Modi dicendi sunt veterum illorum elegantissimi.*

*Plautus in Sticho: Alium coniuua querito in huc diem tibi.*

o 4 Ibidem

Ibidem: Nunquam aedepoliuum quisquam in crastinum prospicet diem.

Ibidem: Nam illi heri me uocauerant in hunc diem.

Idem in Trinum. Licet tu in perendinum paratus sis.

Cato de Re rust. Si quid defit in annum ut comparetur.

Cicero in Verrem: Ei locus ille, atq; honos in illum annum ita debri putabatur.

Titus Liuius ab Urbe condita: Designati consules in cum annum fuerant.

Ibidem: Ut ludi in statutum diem nouarentur.

Ibidem: Vtrum in unum annum creati sint?

Ibidem: Exercitus in annum decreti.

Ibidem: In unum annum uocabant.

Ibidem: Qui prætor in cum annum creatus erat.

Ibidem: Magistratibus in annum creatis.

Ibidem: Decennuir in annum creatus.

Ibidem: Stipendium exercitui ab hoste in cum annum pen sum.

Ibidem: Inducie in annos x L. potentibus datae.

Ibidem: Inducias in x x annos impetrarunt.

### In diem.

Quod autem incepit dicunt, De die in diem, uel De hora in horam, De anno in annum: ueteres In diem, In horam, In annum dicebant.

Cicero in Orat. Si barbarorum est in diem uiuere, nostra consilia semipiternum tempus spectare debent.

Idem in Philippicis: Iam iam minime miror te otium perturbare, non modo orbem odisse, sed etiam lucē, cum perditissimis latronibus non solū de die, sed etiam in diem uiuere.

Ibidem: Cum scrutute premerentur, et in diem malum cresceret.

Idem

Idem in Tusculanis: Nos in diem uiuimus. Horatius:

Ille potens sui,

Lætusq; deget,

Cui licet in diem dixisse uixi.

T. Liuius de bello Punico: In diem rapto uiuit.

Ibidem: Nihil ex raptis in diem commicatibus superabat.

Ibidem: Qui senescit in dies.

Hircius in Comm. Ut omnes in dies, horasq; parati essent.

Cicero in Philippicis: Qui in horam uiuerent.

Horatius:

Si te grata quies, et primam somnus in horam

Delectat. Idem:

Et prouise frugis in annum

Copia.

Vlpianus locati et conducti, lege, Sed addes: Si quis cum in annum habitationem conduxisset, pensionem totius anni dederit.

Paulus de usufructu et habitatione, lege, Fundi: V su legato, licet usuario ex fœno, quod in annum dunitaxat sufficiat, capere.

### In singulos dies.

Quod dicunt, Singulis diebus: aut, Per singulos dies, Singulis annis: aut, Per singulos annos, peruerso dicendi modo: illi ueteres, In singulos dies, In singulos annos dicebant.

Varro libro 11. Rerum rustic. Decem sibi in dies singulos denarios dare audiuisset, et subdit: Se capturum de prædio in dies singulos denarium mille.

Cicero Torquato: Illa in dies singulos magis, magisq; opinio hominum confirmatur.

Iac. Att. Sed cura, ut excusat morbi causa in dies singulos.

o

Idem

**I**dem in Catil. Crescit in dies singulos hostium numerus.  
Lepidus ad p̄tifices max. Iam in dies singulos eius copiae minuantur.

Vlpianus quando dies, l. Quanquam: Si cui in menses, uel in dies, uel in annos singulos quid legetur.

Iabolenus locati et conducti, lege: Quid si locauit opus faciendum, ita ut pro opere redemptori certam mercedem in dies singulos darem.

T. Liuius ab Vrbe cond. Ludi in singulos dies instaurati. Varro de Lingua Latina: Ducere debet dictator et consul in singulos annos.

Cicero in Verrem: Syracusis lex est de religione, que in annos singulos Iouis sacerdotem sortito capi iubeat.

Vlpianus de usu fructu, l. Julianus: Si forte usus fructus in annos singulos fuerit legatus.

Marcellus de mortis causa donatio. Mortis causa donatio constitui potest, ut quis stipuletur in annos singulos quod ad uiueret.

Idem eodem titulo, l. Scenatus: Si quis mortis causa in annos singulos pecuniam stipulatus est.

T. Liuius ab Vrbe condita: Que bina millia aeris in annos singulos penderent.

Hircius in Comment. Triginta centenis millibus ponderibus olci in annos singulos multat.

T. Liuius ab Vrbe condita: Ut in singulas horas capite dimices tuo.

Plancus Ciceroni: Facere non possum, quin in singulas res meritaq; tua, tibi gratias agam.

In paucos dies, In duos menses, In quīntum annum.

**Q**uod dicunt, Pro paucis diebus, Pro duobus mensibus

bus, Pro quinto anno illi In paucos dies, In duos menses,

In quīntum annum dicebant.

T. Liuius ab Vrbe cōdita: Obsidio in loco nudo atq; inopi, uix in paucos dies tolerabilis erat.

Ibidem: In duos menses induciæ factæ.

Idem de bello Pun. Dictatorem in sex menses dixit.

Idem de bel. Maced. Naues in diem tertium expediti iubet.

Ibidem: Conuentum in diem tertium edicit.

Idem ab Vrbe condita: Ludos quos Torquatus dictator in quīntum annum uouijset.

In prīmā diem, In prīmā horam.

Quod Vf; ad eam diem, Vf; ad prīmā horam, Ad unum annum, uel Pro uno anno dicunt, ueteres Ad eam diem, In prīmā horam, In annum dicebant.

T. Liuius ab Vrb. cond. Quorū legibus ad eam diē uiuerent.

Ibidem: Victoria quantam nemo ad eam diem pepererat.

Idem de bello Punico: Ad eam diem, ut terra, mariq; rem gereret.

Ibidem: Quae bella gesta ad eam dicim essent.

Ad diem, Ad annum.

Quod Ad prefixam diem, Preordinatam, barbari dicunt: ueteres simpliciter Ad diem dicebant.

Cicero Canutio: Quin ad diem decedam.

Idem de Finibus bonorum et malorum: An id exploratū cuiquam potest esse, quomodo se habitum sit corpus, non dico ad annum, sed ad usuperans?

Iam in Verrem: Quando ille frumentum quod deberet, non ad diem dedit?

T. Liuius de bello punico: Nec frumentum ad dicim dari.

In militem, In capita, In naues.

**Q**uod dicunt, Pro quolibet milite, Pro quolibet iugero,

gero, Pro singulis ciuitibus, Pro singulis capitibus, Pro singulis nauibus, Pro singulis peditibus, uel Per singulos pedites: illi ueteres In militem, In iugerum, In ciuitates, In capita, In naues, & huiusmodi dicebant.

Cicero in Verrem: Describebat censores binos in singulas ciuitates boum.

Varro de Re rustica: In centum sues, decem uerres satis esse putant.

Ibidem: Villatico gregi in fundum satis esse duos canes.

Ibidem: Illud fere omnes in Epiro facimus, ne minus habemus in centenas oues singulos homines.

T. Liuius ab Vrbe condita: Mulcta quingenium aeris in singulas ciuitates imposta.

Ibidem: Frumentum Melianum ajsibus in modios aestimatum, plcbi diuifit.

Cicero in Verrem: Pro frumento in modios singulos duodenos sextertios exigisse.

Ibidem: Si ostēdam minus tribus medimnis in iugerum neminem dedisse decumae, concedes opinor, ut cum decumanus fructus arationis perceptus sit, neminem minus tribus decumis dedisse.

Cæsar in Comment. In capita singula seruorum ac librorum tributum imponebatur.

T. Liuius ab Vrbe condita: Legatis in singulos dona neminius quinum millium aeris redderentur.

Ibidem: Congij olei in uiros singulos dati.

Ibidem: Acris signati quina millia in singulos patres familiæ relinquamus.

Ibidem: Singulis in militem tunicis imperatis.

T. Liuius de bello Macedonico: Quod pretium in capita statuisse.

Idem

Idem ab Vrbe cond. Prorogatum in annum imperium est.

Ouidius ad Corinnam:

Sic mihi durat amor, longosq; adolescit in annos.

Vergilius:

Felix sorte sua, neq; in hunc seruata dolorem.

Idem:

Bina bovm uobis Troia generatus Acestes

Dat capita in naues.

### Quotannis, & Singulis annis.

**O**bseruanda quoq; differentia est inter Quotannis & Singulos annos: Quotidie, & In dies singulos: quem modum dicendi diuipi illi ueteres non sine evidenti ratione distinxerunt. Quotidie enim & Quotannis, tempus & spatium continuatum significat. In dies uero singulos, & In singulos annos, non continuatum spatium, aut perpetuum, sed per interualla dicrum, & annorum secretum tempus, cognoscetur ab ijs, qui infra scriptas autoritates diligenter attenderint.

Cicero Attico: Quotidie uel potius in dies singulos breuiiores literas ad te mittio.

Vlpian.de tritico, uino, &c.l.Ex eo: Haeres meus amphoras decem quotannis in annos singulos dato.

Iabolenus defundo instrufo, l. Legatum: Vini Falerni, quod domi nascetur quotannis, in annos singulos binos culicos haeres meus Tilio dato.

Ire in sententiam, Ire in alia omnia.

**I**Re in sententiam, ire in alia omnia, hoc significat, quod plerique dicunt Consentire in sententiam, & in alia omnia. Qui dicendi modus translatus est à discessione, uel pedum itione. Cum enī suffragia rogabantur, & res erat quæ omnibus placebat, pedibus ibant in sententiam,

uel

uel discepcione, quod idem erat.

Cicero Lentulo: Perspiciebant enim in Hortensi sententiam multis partibus plures ituros, quam aperie Volatio affentirentur.

Ibidem: Frequentes ierunt in alia omnia.

Idem Plancus: Frequens cum senatus reliquit, et in alia omnia discessit.

Titus Livius ab Urbe condita: Omnes in eam sententiam ierunt.

### Insolens.

Insolens, non solum id est, quod claro significatu temerarium demonstrat, et audacem: sed infuctum, qui id de quo dicitur, facere non soleat.

\*Cicero ad Atticum: Quid tu Athenas insolens?

Idem de Arte rhetorica: Deinde natura eius evenire uulgo soleat, an insolenter, et raro.

Idem pro rege Deiotaro: Moueor etiam loci ipsius insolentia.

### Lapide quadrato ædificare.

Lapide quadrato ædificare, quid sit, planum est eo ipso uerbo: sed sensum habet reconditum, alium atque in superficie ostendit. Est enim Lapide quadrato ædificare, non uere quadratis lapidis, sed sectis et expolis, etiam si non uere quadrati, modus est loquendi illorum ueterum.

### Lapide structili, aut cæmentitio, uel structura, aut ruderatione ædificare.

Lapide autem structili, aut cæmentitio, uel structura, aut ruderatione ædificare, paulo etiam est remotius ab aperia intelligētia. Est enim Lapidibus ædificare non quadratis,

\*Terentius  
Andria.

dratis, uel sectis, aut ad lineam, uel perpendiculum collocatis, sed minutis, concisisq; frustulis, quæ cæmenta dicuntur. Ea ædificia, uel pro uulgaribus tenuiq; populo siebant, uel in magnis potentiorum ædificijs lapides illi structiles siue cæmentitijs in medijs parietibus, ueluti pro farcimine, aut medulla ponebantur: superinducebaturq; postmodum incrustatio uel marmoris, uel alterius lapidis speciosi. Quod autem cæmenta non sint (ut multi putant) omnia quæ ad murum conficiendum faciunt, sed tantum sint lapidum (ut dixi) fragmenta, subijcam de hoc autorum bonorum loca aliqua manifesta.

Vitrinius: Incerti uero cæmenta alia super alia sedentia, inter seq; imbricata, non speciosam, sed firmiores quam reticulata, præstant structuram.

Idem: Quibus autem locis haec copiae non sunt, cæmenta mar morea siue assulae duocuntur, que marmorarij ex operibus decipiunt, et pilis ferrcis contunduntur.

Idem: Tunc structura ex cæmentis, calce, et arena complicatur, et subdit: Deinde tunc quadrato saxo murus ducitur iuncturis quam longissimis, uti maximi medijs lapides coagmentis contingantur: tunc qui locus erit inter murum, ruderatione siue structura compleatur.

Idem: Sequitur ordo de lapicidinis explicare. De quibus et quadrata saxa et cæmentorum ad ædificia eximuntur copiae et comparantur.

Idem: Sed ubi sunt saxa quadrata, siue filex, siue cæmentum, aut coetus later, siue crudus, ijs erit utendum.

Idem: Non modo cæmentilio aut quadrato saxe, sed etiam marmoreo.

Idem: Nec solum ea in quadratis lapidis sunt obseruandas, sed etiam in cæmentitijs structuris.

Vlpian

Vlpianus de noui operis nunciatione, l. Stipulatio: Opus autem nouum factum sic accipimus, non si unum vel alterum clementum fuerit positum, sed si proponatur instar quadam operis, quasi facies quedam facti operis.

Idem de riuis, l. Scrivius: Si riuum qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam non continebat, clementitum uelit facere, auditendum esse: sed et si eum riuum qui structilis fuit, potest a terrenum quis faciat.

Idem, si seruitus uendicetur, l. Et si forte lapide quadrato, uel lapide structili.

Idem in proxima lege: Porticum ambulatoriam facere, super quod cum parietem columnas structiles imponere.

Cato de Re rustica: Fundamenta pedum duorum facito, primum festucato: postea clementis minutis et calce arenato semipedem unumquodque corium struito.

Cicero pro Milone: Repente lintribus in eam insulam materiam, calcem, clementem, atque arma conuixerit.

T. Luius ab Urbe condita: Saxo quadrato construunt.

Varro de Re rustica: Alios ubi sint, alii faciunt ex uiminiibus rotundas, alii ex ligno ac corticibus, alii ex arbore caua, alii fistiles, alii etiam ex ferulis quadratas, longas pedes circiter tres, latus pedem.

Hic aperte uides, Quadratum dici, non quod sit quadrum, sed quod quadret, id est, conueniat. Nam quod dicit Varro, aliros fieri ferulis quadratis, longis pedes tres, lati pedem, clare ostendit quadrum esse non posse. Hinc per translationem Quadrare dicimus, hoc est, bene conuenire.

Cicero Attico: Vixum est hoc mihi ad multa quadrare.

Idem in Oratore: Et tamen etiam coniunctionem sicuti uer suum numerose sedere et quadrare et perficere uolumus.

Idem in Verrcm: Quomodo de eodem modo quadrarint?

Idem

Idem in Bruto: Quare quoniam ita tibi quadrat, omnia fuisse in Themistocle paria et Coriolano, pateram a me quoque sumas licet.

Vergilius in Georgicis:

Arboribus positis seculo via limite quadret. Horatius:  
Et quae pars quadret aceruum.

Longe,

**L**onge aduerbum, quodcumque cum superlativo, interdum cum positivo, utrobque elegansime positum obseruauit, interdum simpliciter positum.

Cicerio in Tusculanis: Cuius ego iudicium (pace tua dixerim) longe antepono tuo.

Idem Bruto: Lucius Castronius Paetus longe princeps municipij Lucensis, est honestus, plenus officio, bonus plane uir.

Idem Q. fratri: Longe optimum Racilium habemus.

Idem in Ver. Longe primus ciuitatis est Epicrates.

Idem Plancio: Longe plurimum ualuit Plancius.

Plautus in Mostellaria: Longe omnium longissima.

Idem Cic. de Oratore: Sed ego neque illis assentiebar, neque harum disputationem inuentori et principi longe omnium in dicendo gravissimo, et eloquentissimo Platoni.

Ibidem: Quantum iudicare possum, longe eruditissimus.

Ibidem: In illa pro Ctesiphonte oratione longe optima.

Ibidem: Illud est longe maximum, uidere quo'nam modo.

Idem de Legibus: Ille quidem sapientissimus uir Graeciae, longeque doctissimus, ualde hanc labem ueretur.

Idem pro Gn. Rabirio: In hac ciuitate longe maxima consilia atque ingenia fuerunt.

Idem in Verre: Teque Ceres et Libera, quarum sacra (sicut opiniones hominum ac religiones ferunt) longe maximis

p atque b

atq; occultiſimis ceremonijs continentur.

Cæſar in Cōment. Hic dies noſtriſ longe grauiſimus fuit.  
Ibidem: Apud Heluetios longe nobiliſimus fuit Orgetorix.  
Ibidem: Suciورum eſt gens longe maxima, ac bellicofiſi-  
ma Germanorum omnium.

Ibidem: Carmanenses, que eſt longe firmiſima totius pro-  
uinciae ciuitas.

Idem: Hæc ciuitas longe plurimum totius Gallie equitatu-  
ra ualeat.

Idem: Eo tum ſtatu res erat, ut longe principes haberentur  
Hedui.

Ibidem: Huius eſt ampliſimæ ciuitatis longe autoritas o-  
mnis oræ maritimæ.

Idem: Cuius rei ſunt longe peritiſimi Aquitani.

Sallustius in Iugurthino: Iugurtha tui in bello Numanti-  
no longe maxima uirtus fuit.

Horatius:

Sed panis longe pulcherrimus.

T. Liuius ab Vrbe condita: Longe antiquiſimum ratus.

Ibidem: Longe is tum princeps Volsci nominis erat.

Ibidem: Apud Fabium longe antiquiſimum autorem.

Ibidem: Longe maximum triuimphi ſpectaculum fuit.

Ibidem: Longe primi ciuitatis erant.

Idem de bello Punico: Equitum peditumq; idem longe pri-  
mus erat.

Idem ab Vrbe condita: Longe plurimos captiuos ante cur-  
rum duxit.

Ibidem: Exercitum longe ualidiſimum duxere.

Ibidem: Patre longe prudentijs mo natum.

Multo.

**S**ignificat idem Multo, quod Longe, eodemq; modo  
loquen-

loquendi gaudet: ſed ſuperlatiū tantum coniunctum ob-  
ſeruauit in bonis illis ac perfectis autoribus, præterquam  
cum comparatiuo iungitur: ut, Multo minor numerus fru-  
menti quam uini. et ita Longe minor &c. Sed id quoq;  
utile fuerit obſeruare, quod precipua nenuſtate preſtat,  
cum hoc aduerbiū Multo, ſuperlatiū, et cum nomine  
Pars iungitur, que res nulla ratione, ſed ſolo dicendi mo-  
do introducta eſt.

Terentius in Heauton. Multo omnium me nunc fortuna-  
tiſimum factum puto.

Idem in Hecyra: Atq; ca reſ multo maxime diſiunxit il-  
lum ab illa.

Cicerο pro lege Manilia: Conſpectus uester multo iucun-  
diſimus.

Ibidem: Magna ac multo maxima parte non modo utilita-  
tis, ſed dignitatis atq; imperij caruit.

Idem in Catilinam: Multo uero maxima pars eorum, qui  
in tabernis ſunt.

Idem in Verrem: Nam cum omnis arrogantia odioſa eſt,  
tum illa ingenijs atq; eloquentia multo moleſiſima.

Idem: Qui agri Acunensis multo maximam partem  
poſſident.

Idem: In ciuitate totius Siciliae multo maxima.

Ibidem: Cui quemadmodum reſiſtam, multo mihi ante eſt  
iudices prouidendum.

Idem de Orat. Que pars ſine dubio multo maxima eſt.

Idem de arte Rhetor. Quarum tamen rerum multo ma-  
xima pars ad commodiū corporis reuertitur.

Ibidem: Et corum multo maxima pars, quam praetores  
edicere conſuerunt.

Sallustius in Catilinario: Si ita reſ eſſet, rempublican-  
p 2 multo

multo pulcherrimam haberemus.

Horatius in Sermonibus:

Danda est ellebori multo pars maxima auaris.

Idem;

Postera lux oritur multo gratissima.

Titus Luivius Ab. Vrbe condita: Nouissimum bellum ab Sabinis ortum, multoq; id maximum fuit.

Licet.

**Q**uanta colligitur elegantia in hoc uerbo, Licet, ab illo qui non cutem tantum spectat, sed qui sedulo introspicere & meditari curerit? Nam, si licet mihi per te, hoc unum significatur: id est, si permiseris, uel si potero a te non impeditus, alteru[m] absolute, ut si in hortum meu intraueris, holera licebit legas: hoc est, Legere poteris: sed hoc ex ijs locis que subieci, melius multo cognoscetur.

Plautus in Afinaria: Afinaria uult esse, si per nos licet.

Terentius in prologo Heauton. Date mihi potestatem, statuariam agere ut liceat per silentium.

Idem in Hecyra: Per me exquirere licet.

Idem in Adelphis: Sinatis hunc facere du[m] per etatem licet.

Cic. Octauio: Si per tuas legiones licitu[m] fuisset, quae nomini meo, reipublicaeq; sunt inimicissime, uenire in senatu[m].

Idem Terentia: Expectasssem Brundusij, si esset licitum per nautas.

Idem de oratore: Per me appellat oratorem licet.

Ibidem: Sed hoc genere, si modo per rempublicam licebit, non accusabimur.

Ibidem: Itaq; Aemathiam cum primum per ipsam liceat etram remissurus.

Idem in Philippicis: Petis ut tibi per me liceat quendam de exilio reducere.

Idem

Idem contra Rullum: Aliquanto serius, quam per etatem ac per leges liceret.

Idem pro T. Annio Milone: Quod si per furiosum illum tribunum senatui, quod sentiebat, perfidere licuisset, nouam questionem nunc nullam haberemus.

Idem ad Lentulum: Quod profecto facia, si mihi per eius amicitiam licebit.

Idem in Verrem: Sunt homines Siculi non contemendi, si per nostros magistratus liceat.

Ibidem: Si per L. Metellum licitum esset.

Idem Bruto: Quod scribis in Italia te moraturum dum tibi litera mea ueniant, si per hostem liceat, non erras.

Idem Catoni: Mitto quod inuidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates & subieris, & multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris.

Paulus de mortis causa, lege, Senatus: Quibus per legem capere non liceret.

Ylpianus de manumissionibus, lege, Libertas: Cum per leges licebit, liber esto.

Cic. pro lege Manil. Nam cum antea per etatem nondum huius autoritatē loci contingere auderem.

Ibidem: An in Clodio, qui ita iudicia, poenamq; contemplaverat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges licret.

Idem pro Gn. Rabirio: Quod si tu audisses, aut per etatem scire potuisses.

Licet, Absolute.

Cato de Re rustica: Et si uoles insuper uinum cum mixtum bibere, licebit bibas.

Cicero in arte Rhetorica: Hanc si quis partem putat esse orationis, sequatur Hermagoram licebit.

p 3 Idem

Idem C. Mēmio: Totam hominis uitam, rationemq; quam sequitur in philosophia, derideamus licet.

Idem Attico: Clodium fregi in Senatu tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca degustes, nam cetera non possunt habere eandem neq; uim n eq; uenustatem.

Eidem: Quid queris uel ipsi hoc dicas licet, humanitate ei meo iudicio illo die defuisse.

Eidem: Noli inquam de uno pede sororis queri, licet alterum etiam tollas.

Idem pro domo sua: Quare istam orationem, qua est usus, omittas licet.

Ibidem: Quare disrumpatur licet ista furia.

Idem de Orat. Frcmant omnes licet, dicam quod sentio.

Idem in Philippica: Præcipias licet gaudia.

Idem de Officijs: Licet ora ipsa cernere iratorum.

Ibidem: Videre licet etiam plerosq; non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos.

Idem in Tusculanis: Quare ut ad quietū me licet uenias.

Idem in Verrem: Dicat licet Hortensius, si uolit, magno Verrem uenidisse.

Ouidius de Ponto:

Tota, licet queras, hoc me non fingere dicet,  
Officij testis Pontica terra mei.

Horatius:

Sis pecore & multa diues tellure, licebit.

Sabinus in epistola pro Helena:

Quamlibet accuses, & sis irata licebit.

Per.

Per ætatem non potui, idem est, ac Per ætatem non li-

cuit, quod suprà diximus: quo loquèdi modo nouitas, aut peruersitas potius loquèdi introducta deprehenditur.

Cicero Cornificio: Nullam partem per ætatem sane &

salue

Salue recipi. gustare potuisti.

Idem Plancio: Ut primum per ætatem iudicium facere potueritis.

Idem Caio Mario: Cum per ualeitudinem posses, uenire tam non noluisti.

Titus Livius ab Urbe condita: Qui per ætatem ac ualeitudinem poterant.

Ibidem: Omnes, qui per ætatem arma ferre possent,

Hircius in Commentarijs: Qui modo per ætatem arma ferre poterant.

Ibidem: Neq; per anni tempus in mari classes sine periculo uagari poterant.

### Labes.

**L**Abes, penè omnium ore id est, quod immundities, aut macula: sed occultiore ac latiniore significatio id certe esse uidetur, quod violentia quedam, uel aquæ illuviæ, uel tempestatis grandinis uel ruina, ut cum terra in altissimum hiatum uel barathrum aperitur.

Plautus in Captiuis: Quanta pessis pernis ueniret? quanta labes larido?

Cicero De Diuinatione: Delata etiam ad senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra descedisset.

Ibidem: Ut multa oppida corrucrint, multis locis labes facta sit, terræq; descedrint.

Vlpianus locati & conducti, lege, Ex conducto: Sed & si labes facta sit, omnemq; fructum tulcrit, damnum coloni non esse.

Labeo codem titulo: Si riuum quem faciendum conduxeas, & feceris: antequam eum probares, labes corrupit, tuum periculum esse Paulus respondit.

Cicero pro Lucio Flacco: An innocentiae labem aliquam

p. 4 aut

*aut ruinam forc puratis?*

*Idem ad Pontifices pro domo sua: Nam si illa labes ac flamma recipit suum illum pestiferum et funestum tribunatum, humana equitate tucri non potest, diuina religione defendere.*

### Lingua nuncupare.

**L**ingua nuncupare: modo dicendi apud ueteres idem significatur, quod Lingua exprimere, et declarare. Cum enim quid uendebatur, uita rei uenialis lingua nuncupari oportebat, et ultra nuncupata uita uendor non tenebatur. Leges postea addidere, ut etiam ea que non essent nuncupata, uendor præstaret.

*Cicero de Oratore: Totum illud utili lingua nuncupasset, non in xii tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri carmine scriptum uideretur.*

*Idem de Offic. Nam cum ex xii tabulis satis esset ea prestatre que essent lingua nuncupata, que qui inficiatus esset, dupli poenam subiret: à iuris consultis etiam reticentia poena est constituta. Quicquid enim est in prædio uitij, id statuerunt si uendor sciret, nisi nominatum dictum esset, præstari oportere.*

### Læua, & Sinistra.

**L**æua, uel Sinistra, certo modo loquendi, qui solus orationem priscorum continet, furem aliquem esse notat.

*Plautus in Persa: Vbi illa altera furtifica læua?*

*Catullus: Maruinæ astini manu sinistra non belle uteris in ioco atque uino.*

*Idem: Porci et Socratioris due sinistram Pisonis.*

*Aſconius Pædianus tractū id dicit ab Aſpendio ciuitati, qui sinistra perperam utebatur, carminaq; occultabat,*

*Græco*

*Græco inde nato prouerbio. elun Oy al delapuerte*

*Limen superum, inferum.*

**L**imen superum, Limen inferum, rari post felix illud seculum non solum non dixerunt, sed ne intellexerunt quidem: cum nonnulli pro limine supero, superliminare ineptissime dicant.

*Plautus: Limen superum, inferumq; salue.*

*Varro de Rerustica: In haris ostium esse oportet, limen inferum altum.*

### Latinè loqui.

**Q**ui Latinè scit, nouit eo aduerbio Latinè, id quoq; ostendi, quod aperte, clare, plane: quæ res notanda, et memorie mandanda est.

*Cicero in Verr. Latinè me scitote, non accusatoriè loqui.*

*Idem in Philippicis: Antonium quem gladiatorem non ita appellauit, ut interdum etiam Marcus Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ij, qui plane et Latinè loquuntur.*

*Vergilius uel aliis in obscenis carminibus:  
Simplicius multo est, Da, Latinè dicere.*

### In manibus, Inter manus, &c.

**V**erari inter manus, Conferre manus, Afferre manus, Informe manus, In manu, In manum, In manus, In manibus, De manibus, Ad manum, Ad manus, Sub manu, Sub manus, Per manus, Præ manibus, Præ manu, Dare manus, Tendere manus, Tollere manus, Inter manus, Injicere manus, Admouere manus, Manu afferrere, Abstinerere manus, Continere manus, quo modo loquendi præstantissimi illi autores usi sunt, frequentissime positum reperi: id etiam obseruatione et imitatione maxime dignum.

p 3 in

In manibus est; hoc est, Paratum,  
& in promptu est.

Cic. Attic. Non quo aliquid me iuuene posse, quippe res  
est in manibus: tu autem abes longe gentium.

Ibidem de libris Oratoriis: Factum est a me diligentissime.  
Diu multumq[ue] in manibus fuerunt.

Ibidem: Ex ijs libris quos in manibus habeo.

Ibidem: Sic enim commutatus est totus scriptis meis, que  
in manibus habemus.

Idem Lentulo: Clodium sic amplectabatur, sic in manibus  
habebant, sic me praesente osculabantur, non illi quidam, ut  
mibi stomachum facerent, quem ego funditus perdidit, sed  
certe ut facere se arbitrarentur.

Idem de Amicitia: Sed o Scœuola & Fanni adficiens; &  
in manibus est oratio.

Idem in Bruto: Sed ecce in manibus uir, & præstantissimo  
ingenio, et flagrante studio, et doctus a puer C. Gracchus.

Ti. Li. ab Urbe condita. Cum tantum bellum in manibus esset.

Ibidem: Id quod in manibus erat, coegerunt bellum.

Idem de bello Maced. Omissa de manibus res est.

Horatius:

Neuius in manibus non est, & mentibus haeret.

Plaut. in Rud. Mancipa habeo pro meis, nec manu affe-  
runtur, quod est uendicare, & in libertatem producere.

In manu est; hoc est, In potestate est.

Plautus in Amphitryone: In illis fides est, quibus est ea res  
in manu.

Idem in Rudente: In manu mihi est mea.

Idem in Mercat. Quid illi suam rem esse equum est in manu.

Ibidem: Quid tibi in manu est quod credas: at ego quod di-  
cam, id mihi mea in manu est.

Tercu

Terentius in Hecyra: Tibi in manu est ne fiat.

Sallustius in Iugurthino: Sed quoniam parum tuta per  
se probitas est, neque in manu mihi fuit, Iugurtha qualis  
nunc foret.

Ibidem: Verum id frustra an ob rem faciam, in manu ue-  
stra est Quirites.

Titus Luivius ab Urbe condita: Ut si uicu res publica  
in manu esset.

Idem de bel. Puni: Cum in eorum manu res Syracusand esset.

Idem ab Urbe cond. Sit an non sit, in uestra manu posuerunt.

Idem de bello Macedonico: Et uos in manu est tutela, non  
in seruicio debetis eas habere.

Idem ab Urbe condita: Lacerata rem publicam per ma-  
gistratus, quorum in manu sit.

Cælius Cic. Quam uelis eum obligare, in tua manu est.

In manus dare, incidere, uenire, note significationis est,  
sed ij modi loquendi obseruandi sunt.

Plaut. in Trinummo: Quid interest dare te in manus ar-  
gentum amanti huiusmodi adolescenti, animi imponi?

Cicerio in Bruto: Nunquam enim libri illi in manus inci-  
derunt.

Sallustius in Iugurthino: Existimans Iugurtham ob suos  
tutiores in manus uenire.

Plautus in Trinummo: Dedi minas quadragesima adoles-  
centi ipsi in manum.

Inter manus, est collatis simul manibus aliquem subli-  
mem ferre. Aliquando per translationem Inter manus, id  
significat, quod esse in potestate. Versari uero inter ma-  
nus, est in usu esse. Modi sunt dicendi elegantissimi.

Plautus in Mostellaria: Arripite hunc intro actutum in-  
ter manus.

Cicero

Cicer.in Verrem: Itaq; erant exitus eiusmodi, ut alius inter manus ē conuiuo tanquam ē prælio auferretur, alius tanquam occisus relinquetur.

Titus Luivius ab Vrbe cond. Inter manus domum allatus.

Vergilius:

Ante oculos, interq; manus sunt omnia uestræ.

Idem:

Miraturq; interq; manus et brachia uersat.

Cælius Ciceroni: Gener tamen quod ad ius pertineat, di-dascalam quandam ut ueretur inter manus habeat.

Pomponius de origine iuris, l. Necessarium: Denique nec uersantur omnino scripta eorum inter manus hominum.

E. subdit: Reliquit x l. uolumina, ex quibus plurima inter manus uersantur.

Ad manum esse, est aliquid in promptu esse, ut quasi manu teneatur: Venire uero ad manus, est ad dimicandum, uel ad arma venire.

Cic.de Orat. Quem seruum sibi ille habuit ad manum.

Vitruvius: Alia enim ad manum species esse uidetur, alia in excelsio.

Idem: Si enim ita fuisset, non solù laudes, aut uitia animorum ad manum aspiceretur, sed etiam disciplinarum sciætia.

Titus Luivius ab Vrbe condita: Addè quod Romanis ad manum domi supplementum esset.

Ibidem: Quod cocti ad manum fuit cibi ferre militi licuit,

Idem de bello Maccdonico: Quod cuique trepidanti ad manum uenisset.

Ibidem: Ut aequa magna uis ad manum esset.

Cicero de Oratore: Non unquam etiam ea res ad manus, atq; ad pugnam ueniebat.

Vlpianus de pignoratitia actione, l. Petenti mutuum: Pe-cuniam

euiam creditori cum ad manum debitor non haberet, species auri dedit.

Africanus ad Senatusc. Velleia l. Tutor: Deinde ego quia ad manum nummos non habebam, stipulanti tibi promisi.

Sub manu, id est, quod fere esse ad latus, expeditum, promptum in usum. Succedere autem sub manus est ali-  
quid bene, et ad optatum contingere.

Plancus Cic. Adiunxi hec, in loco cligendo flumen oppo-situm ut haberet, in quo mora transitus esset: Voconij sub manu ut essent, per quoru loca mihi fideliter pateret iter.

Plaut. in Milite: Lepide hoc succedit sub manus negotium.

Idem in Persa: Si quam rem accures sobrie aut frugaliter, solet illa recte sub manus succedere.

Per manus est, quod incepit dicunt, de manu in manu, uel de manu unius in manum alterius.

Cæsar in Comment. Per manus tractus seruatur.

Ibidem: Nonnullæ de muris per manus demissæ, se se mili-tibus tradebant.

Ibidem: Per manus seu ac picis traditas glebas, in ignem proiecabant.

T. Luivius ab Vrbe cond. Si nobis cum urbe simul posite, traditæq; per manus religiones nullæ essent.

Ibidem: Disciplina militaris tradita per manus iam inde ab initijs urbis.

Pre manibus, hoc est, quod insulse dicunt, Quod habe-bam in manibus.

Plautus in Bacchidibus: Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit pre manibus.

Pre manu dare, est quod uulgò dicunt: Ante omnia, uel ante manum dare.

Terentius in Adelphis: Atq; huic paululum aliquid pre manu

manu dederis unde utatur.

Afferre manus uero, est iniucere manus, pulsare, vulnerare, interficere in quo notandum est, datiuum post se regnere.  
Cic. Attico: Sed non faciam ut aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus se prius manus afferam.

Idem Cluentio: Omnes tui amici necessarijque cognorunt, Ancario et Pacero pastoribus huius uillicum uim et manus attulisse.

Ibidem: Aulum Briuum quendam cauponem de via Latina questu esse dixisti, subornatis qui sibi a Cluentio seruisque eius in taberna sua manus allatas esse dicant.

Idem Octavio: Ego ipse senatus sibi afferre manus coegeri.  
Idem in Vatinium testem: Teneas ne memoria, tibi in conuentu Puteolis manus esse allatas?

Idem in Verr. His ne rebus manus afferre non dubitasti?

Idem de Officijs: Cum enim dando egere coepertunt, alienis bonis manus afferre coguntur.

Plancus Ciceroni: Qui quidem cum in fraudem se adductum uidetur, manus quas iustius in Lepidi pernicem armasset, sibi afferre conatus est.

Vlpia de ijs qui notantur infamia. I. Liberatoru: Non solent autem lugeri (ut Neratius ait) hostes, uel perduellionis damnati, neque suspensiofi, neque qui manus sibi attulerunt.

Varro de Re rust. eodem sensu Afferre detestes dixit: Canes prouerbium attollunt antiquum, uel etiam ut aperiant de Atheone, atque in dominum afferant dentes.

Conferre manus, est congregandi, et manum conferre.  
Inferre uero manus, est iniucere manus, et quandoque idem significat quod afferre manus.

Cicero pro Fontcio: Partim qui cum ipso M. Fontcio ferrum ac manus contulerunt.

Idem

Idem in Catilinam: Senatus uim ac manus intulisset.

Vlpianus de Senatus consulto Syllaniano, l. Cum aliter: Si sibi manus quis intulit.

Idem: Si quis non metu criminis imminentis, sed tardij uite, uel impatientia doloris, sibi manus intulisse.

Hircius in Comm. M. Catonem Utice sibi manus intulisse.  
Cicero pro P. Quintio: Domino a familia sua manus illatas esse ante suos lares.

Dare manus autem, est dedere se, et uictum fatiri.

Plautus in Persa: Do manus.

Cic. ad Atti. Aiebat illum primum scire diu multa contra, ad extremum autem manus dedisse, et affirmasse nihil se contra eius uoluntatem esse facturum.

Eidem: Sapienter igitur quod manus dedisti, quodque etiam ultra gratias egisti.

Idem de Amicitia: Callidus ille et occulus, ut se insinuet, studiose eauendum est, neque enim facilime cognoscitur: quippe qui etiam aduersando sepe assentiatur, et litigare se simulans blandiatur, atque ad extremum det manus, unicique patiatur.

Horatius:

Iamiam efficaci do manus scientiae supplex.

Cæsar in Commentarijs: Tandem dat Cotta manus, permotus superiori sententia.

Tollere manus, et oculos: modi loquendi, signum letitiae significantes.

Cicero Cæsari: Sustulimus manus et ego, et Balbus, tandem fuit opportunitas.

Idem Thironi: Literulae meæ, siue nostræ, tui desiderio oblonguerunt: hac tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerunt.

Titus Livius ab Urbe condita: Dicitur, manus ad coculum tollens

tollens, precatus.

Plena manu, hoc est, abunde & affluenter.

Cicero Attico: At hercule alter tuus familiaris, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra justulit?

### Inincere manus.

Plautus in Trucul. Post id ego in te manum iniiciam.

Cicero pro Roscio Comedo: Ipsa mihi ueritas manum iniicit, & paulisper confistere, & commorari coëgit.

Horatius:

Incontinentes iniiciat manus.

T. Liuius ab Urbe cond. Accurrit & manum iniicit.

Abstincere manus, & Continere manus idem prop̄ significant, quod continere impetum animu.

Plautus in Trinummo: Quod manu non queunt tangere, tantum fas habent, quo manus abstineant.

In Amphitryone: Qui poësim uideri huic fortis, ut à me abstineat manum.

Idem in Truculento: Abstine hoc mulier manum.

In Casina: Abi, atq; abstine manum.

In Perfa: Manū abstinere haud tamen quia mihi imperet.

Cicero in Vatinium testem: Ut manus à te homines uix abstinere possent.

Cato de Re rustica: Alieno manum abstinere.

Terentius in Adelphis: Non manus abstines mastigias

Cic. in Tusc. Ut Alexandru regem uidemus, qui cu intermisserit Clytum familiarem suum, uix à se manus abstinuit,

Idē in Verr. Manus à sodalis filio abstincere non potuisse

Ibidem: Abstincam in hoc iudicio manus, animosq; ab hoc scelerē nefario.

Ibidem: Qui capitolio manus abstinere potuerit.

Ibidem

abstinetur

Ibidem: Nihil ægrius factum est multo labore meo, quam ut manus ab illo appellatore abstinerentur.

Tibullus:

Abstincas avidas mors uiolenta manus.

Cicero in Catilinam: Quorum ego uix abs te iam diu manus ac tela continco.

Idem in Antonium: Nunquam profecto à me sacrilegas atq; impias manus abstinebit.

T. Liuius ab Urbe condita: Nocte audita ex delubro uox est, abstinerent manus.

Ibidem: Ut uix ab ijs abstineret manus.

### Tendere manus.

Cæsar in Commentar. Omnes maiores natu ex oppido egredi, manus ad Cæsarem tendere, & uoce significare cœperunt, sese in eius foedera ac potestatem uenire.

Idem Ibidem: Hedui manus tendere, dictionem significare.

Vergilius:

Tendebantq; manus rip.e ulterioris amore.

Ouidius de Fastis:

Ille manus tendens, astanti milite iusto,

In coniuratos talia uerba dedit.

T. Liuius ab Urbe condita: Alij manus ad cœlum tendere, deos incusantes.

Ibidem: Supinas manus ad cœlum ac deos tendentes.

Ibidem: Rcas ad Capitolium manus tendimus.

Ibidem: Omnes manus ad consulem tendentes, pleni lacrymarum.

Cicero in Catil. Supplex manus tendit patria communis.

### Admouere manus.

T. Liuius ab Urbe condita: Primo religiose admouentes manus.

I

Meo,

Meo, reipub. nomine.

**M**eo, tuo, suo, reipub. nomine, & huiusmodi, elegantissime à ueteribus positi animaduerti: que quandoque id significant, quod mea, tua, sua, reipub. causa, quandoque longe alia, & ab hac diuersa significacione antiqui illis usque uidentur: quod disserim facile est ex subiectis autoritatibus cognoscere.

Cicero Terentie: Nam ego eo nomine sum Dyrrhachij hoc tempore, ut quam celerrime quid agas audiam.

Idem in Verrem: Id mihi C. V erres cripusisti, atq; abstulisti, quo nomine abs te sextertium milles ex lege repeto.

Ibidem: Decem fiscos ad senatorem illum relatos esse comitiorum nomine.

Ibidem: Hoc palam iam dictitant, se istum quem sciant esse hominem improbisimum, hoc uno nomine absolvi uelle, ut ab senatu iudicia per ignominiam turpitudinemque auferantur.

Cæsar in Commentar. Odisse etiam suo nomine Cæsarem & Romanos.

Paulus: Si certum petatur, l. Lecta est: Si die suprà scripta summa P. Mævio, eisq; ad quem ea res pertinebit, data, soluta, satis ueo nomine factum non erit: tunc eo amplius quo post soluam poenae nomine in dies uigintiquag; denarios centenos, & subdit: Quod competit usurarum nomine, ex die interpositae stipulationis preſtetur.

Vlpianus de iure iurando, l. Ait præter: Quasi calumnia causa uenitris nomine facit in possessione.

Idem de insitoria actione, l. Quicunq;: Si insitoria cum oleum uendidisset, annulum arræ nomine accepit.

Cicero ad Atticum: Cum enim ille ad conciones confugisset, in ijsq; meo nomine ad inuidiam uteretur: dix immortales

tales, quas ego pugnas, & quantas strages edidi?

Catullus:

Eo'ne nomine imperator unice

Fuisti, in ultima Occidentis insula?

Brutus Ciceroni: Qua in re Cicero uir optime ac fortissime, nubiq; & meo nomine, & reipubl. charissime, nimis credere uideris spci tuæ.

Cicero in oratione pro domo sua: Dico esse odio ciuitati, non tam tuo, quam reipub. nomine.

Idem de Finibus bonorum & malorum: Quibus rebus intelligitur nec timiditas em, ignauiamq; uituperari, nec fortitudinem patientiamq; laudari suo nomine.

Idem in Catil. Bellum populo Rom. suo nomine indixit.

Idem pro Gn. Placo: Ego me debere bonis omnibus fateor, sed etiam ij, quibus ego debeo, boni uiri, & ciues comitij ædilitij aliquid se meo nomine debere Plancio dicebant.

Idem pro Cluentio: Res suo nomine in iudicium nunquam est vocata.

Idem P. Septimio: Scœuola litcm in eo nomine esse aestimatam.

Idem in Vatinium testem: Non tam tuo, quam reipublicæ nomine.

Dedie, De nocte, & Multa nocte.

**M**ulta nocte, Ad multam noctem, De nocte, Noctu, De die, frequenti est in usu hic dicendi modus apud bons autores.

Terentius in Adelphis: Apparare de die conuiuum.

Catullus:

Vos conuiua lauta, sumptuosa dc die facitis,

Horatius:

De medio potare die.

Cicero ad Atticum: Cum se ille septimo die uenisse à fratre,  
et noctu se introisse dixisset.

Terentius in Adelphis: Imò de nocte censeo.

Sed et Multus, plurimum candoris adferre potest orationi: Vnde Cicero de Oratore lib. 11. Nam qui inconcinus aut multus est, is ineptus esse dicitur.

Cicero Quinto fratri: Celcius quād si de nocte uigilassent, perueniunt.

Idem Attico: In comitium Milo de nocte uenit.

Iudem: Cum coenanti mihi nunciasset Sextius Se de nocte proficiet.

Cæsar in Comment. De media nocte missus equitatus.

Ibidem: Reliquas de media nocte proficiet iubet.

Horatius:

Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones.

Idem:

Vnde uxor media currit de nocte uocata.

Cicero Quinto fratri: Multa nocte cum Vibilio ueni ad Pompeium.

Idem Attico: Multa de nocte profectum esse ad Cæsarem.

Idem pro P. Sextio: Cum forum, comitium, curiam, multa de nocte armatis hominibus, ac servis plerisque occupauissent.

Mibi aqua hæret.

**M**ibi aqua hæret, modus loquendi, uel prouerbium potius, difficultatem significat contra morem in re fæcili adhiberi. Cum enim aqua fluere et labi soleat, hæret contra suam naturam dicitur, id est, rem difficultem fieri, que facilis potius esset.

Cicero ad Atticum: Mibi aqua hæret.

Idem Quinto fratri: In hac causa mibi aqua hæret.

Idem

Idem de Officijs: Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua hæret, ut aiunt.

Exercandi modus.

**M**odus exercandi aut imprecandi antiquus, non est pretermittendus.

Cicero in Antonio: Igitur est patronus L. Antonius, malam quidem illi pestem, clamori enim uistro assentior.

Merito te amo, Merito tuo.

**M**erito te amo, Immerito me odisti, Merito tuo hoc tibi dono, Immerito tuo tibi irascor, et quandoq; etiā Merito tuo te odi, et Nullo merito, modus est frequentissime à bonis illis usurpatus.

Plautus in Asin. Nemo me accusavit merito meo.

Idem in Aulularia: Quem senecta etate ludos facias haud merito meo.

Cicero pro P. Sextio: C. Cæsar, qui à me nullo merito alienus esse debebat, inimicissimus esse meæ salutis ab eodem quotidianis concionibus dicebatur.

T. Liuius de bello Macedonico: Frater me accusat, nullo meo in se merito.

Plautus in Asin. Aedepol pater merito tuo facere possum.

Ibidem: Cur tu (objecro) immerito meo me morti dedere optas?

Idem in Casina: Immerto meo mibi hoc facis.

T. Liuius de bello Macedonico: Indigne sibi nec ullo suo merito insultatum ab omnibus esse.

Plautus in Cistellaria: Merito uistro amo uos.

Idem in Asinaria: Iube aduenire queso, meritisimo eius, que uolet faciemus.

Mittere sanguinem.

**M**ittere sanguinem, id est, quod iam pañum uulgo o-

*mineſ fere, Extrahere ſanguinem dicunt, uel Greca nico uerbo Phlebotomare.*

*Cicero Attico: Mifſus eſt ſanguis iniuidiæ ſine dolore.*

*Eidem: Sic Appius prouinciam curaucrit, ſanguinem miſerit, quicquid potuit detraxerit.*

*Cornelius Celsus: Sanguinem incifa uena mitti nouum non eſt, ſed nullum morbum eſſe, in quo non mittatur, nouū eſt.*  
*Idem: Mitti iunioribus, & foeminiſ uterum non gerentibus, uetus eſt.*

*Ibidem: Sed ut aliquando primo dic ſanguinem mittere neceſſe eſt.*

*Ibidem: Mitti uero is debet, ſi totius corporis cauſa fit, ex brachio.*

*Ibidem: Mittere autem ſanguinem cum ſit expeditiſſimum uifum habenti, tamen ignaro difficultimum eſt.*

Post hominum memoriam, Post homines natos, Noſtra memoria,  
Patrum memoria.

**Q**uod pleriq; omiſſo antiquo loquendi modo, ac non minum recordatione, Noſtro tempore, Patru temporē dicunt: ueteres illi, Post hominum memoriam, Post homines natos, Noſtra memoria, Patrum memoria dicebant. Cicero in Pifonem: Instant post hominum memoriam paratiſſimi magnificenſiſimis ludi.

*Idem in Verrem: Quod nemo unquam post hominum memoriam fecit.*

*Ibidem: Nemo unquam post hominum memoriam partitor, uigilantior, copioſior.*

*Ibidem: Vix ego hunc unum cuiusmodi reum post hominum memoriam fuſſe arbitrer, cui damnari expediret.*

*Idem qua ſenatui gratias agit post redditum ſuum: Qui me*

*duo*

*duo ſceleratiſimi poſt hominum memoriam noſri conſules, ſed latrones, non modo defruerunt in cauſa, praefertim publica & conſulari, ſed prodiſerunt.*

*Idem ad Pontifices pro domo ſua: Quid homini poſt homines natos turpiſſimo?*

*Ibidem: Sed erat res poſt homines natos pulcherrima.*

*Ibidem: Graue crimen eſt hoc & uchemens, & poſt hominum memoriam, iudiciaq; de pecunijs repetundis conſtituta grauiſſimum.*

*Idem Plancus: Nihil poſt hominum memoriam glorioſius.*

*Idem pro eodem: Conſules poſt hominum memoriam teterimi atq; turpiſſimi.*

*Idem in Catilinam: In hoc autem uno poſt hominum memoriam maximo crudeliſſimoq; bello.*

*Idem de optimo genere oratorum: Optimus longe poſt homines natos.*

*Idem in Antonium: Duo teterima & ſpurcijſima capitula poſt homines natos, Dolabella & Antonius.*

*Idem pro M:lon. Vnius poſt homines natos fortiſſimi uiri.*

*Idem in Bruto: Longe autem poſt natos homines improbiſſimus C. Scruilius Glaucia.*

*Idem in Vatinium teſtem: In omni memoria inauditum.*

*Idem pro Publio Sextio: Nec huic tantæ multitudini, quanta mea memoria nunquam ullo in iudicio fuerit, decreo.*

*Varro de R. e rustica: Sed ipſe noſtra memoria.*

*Cicero de Diuinatione: Memoria noſtra templum Iunonis ſoffite.*

*Idem in Vatinium teſtem: Magnificenſiſime poſt hominum memoriam conſulē factum.*

*Idem de Oratore: De ſenatu iuſſit educi, quod cum ciuem negaret eſſe, quia memoriæ ſic prodiſum eſſet, quem pa-*

*q 4 ter*

ter suis aut populus uenidisset, aut pater patratus dedis-  
set, ei nullum esse postliminium.

Sallustius in Catilina: Sed mea memoria, ingenti uirtute,  
diuersis moribus fuere uiri duo, M. Cato & C. Caesar.  
Cicero pro Cornelio Balbo: Multi etiam superiori memori-  
ria ciues Romani sua uoluntate indemnati & incolumes,  
ijs rebus relictis, alias se in ciuitates contulerunt.

Idem pro Rabirio perduellione: Post hominum memoriam  
rem nullam maiorem.

Idem pro lege Manilia: Quae in omnibus hominibus noua  
post hominum memoriam constituta sunt.

Idem in Catilinam: In hoc autem uno post hominum me-  
moriam maximo crudelissimo bello.

Idem in Catilinam: Bellum intestinum ac domesticum post  
hominum memoriam crudelissimum & maximum.

### Meis uerbis.

**D**icit illi salutem meis uerbis, modus est dicendi, quo  
etiam nunc dicitur, Ex parte mea illum salutabis. Iti-  
dem, Voca illum meis uerbis, & pro parte mea.

Plautus in Amphitryone: Voca meis uerbis.

In Mercatore: Rogato neum patrem meis uerbis.

Terentius in Hecyra: Huc euoca meis uerbis.

Cicero M. Marcello: Gratum mihi feceris, si uxori tue  
Iuniæ grauißime atq; optimæ fœminæ meis uerbis eris  
gratulatus.

Idem Vatin. Locutus sum, ut ei meis uerbis diceret.

Plautus in Amphitryone: Hunc tuis uerbis uoco.

In Bacchidibus: Scribe salutem tuo patri uerbis tuis.

Cicero Trebatio: Salutem mihi tuis uerbis nunciauerat.

Plautus in Milite: Matris uerbis Philocomasium accersito.

Curius Ciceroni: Tironem meum saluta nostris uerbis.

Cicero

Cicero Attico: Epistolam meam iusserrunt dari Dolabellæ.  
Vestorius ad me scripsit, ut iuberem mancipio dari seruo  
suo pro mea parte.

Tit. Liu. ab Urbe condita: Qui quererent senatus uerbis.

Ibidem: Qui iuberent consulum uerbis in proximos mon-  
tes fugere.

Ibidem: Nunciarent senatus uerbis.

Ibidem: Denunciarunt senatus uerbis.

Idem de bello Macdonico: Abi, nuncia meis uerbis, bello  
absistat.

### Modus agri.

**M**odus agri, ut in optimis libris reperi, est certa defi-  
nitio, seu mensura agri, qua quo iugerum efficit, intel-  
ligi posset.

Plautus in Aulul. Agri reliquit illi non magnum modum.

Cicero Attico: Et si nihil scripsit nisi de modo agri.

Horatius in Sermonibus:

Hoc erat in uotis, modus agri non ita magnus.

Paulus de contrahenda emptione, l. Qui fundum: Cum ipse  
emptori suo admiretur, multo minorem modum agri  
quam putauerat, inuenit.

Ibidem: Et domino renunciarerit quanto modus agri mi-  
nor sit.

Ibidem: Et ideo modum agri renunciet, et si in diebus tri-  
ginta renunciaasset, minorem modum agri esse, quamuis  
multis post annis, posse eum qui minoris modus agri fui-  
set, repetere.

Titus Liuius ab Urbe condita: Ne cui maior quam quadra  
ginta iugerum agri modus efficit.

### Magnus numerus.

**M**agnum numerum frumenti, uini, olei, ueteres illi di-

cebant

cebant: quem modum loquendi multi inuententes, Magnam quantitatem uel Copiam paſſim dicunt.

Cicero pro Planco: Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram.

Idem in Verr. Dico magnum numerum frumenti.

Ibidem: Cuius iudicij metu magnus à multis frumenti numerus ablatus.

Ibidem: Frumenti tantus numerus imperio tuo datur, et cogitur.

Ibidem: Atque ego nunc eum frumenti numerum, et eas publice pecunias decumanis ab Herbitensibus datas esse dico.

Ibidem: Intellexisti innumerabilem frumenti numerum per triennium auersum à republica esse.

Idem de Officijs: Si exempli gratia uir bonus ab Alexandria projectus, Rhodum magnum frumenti numerum ad duixerit.

Idem pro Fonteio: Maximum frumenti numerum ad Hispanense bellum tolerandum imperavit.

Cesar in Comm. Frumenti magnum numerum coēgit.

Hircius in Commentarijs: Non poterant magnum numerum frumenti comparare.

Ibidem: Scipio magnum frumenti numerum habucrat.

Ibidem: Certo numero frumenti multat.

Ibidem: Magno numero frumenti onus, recipit in castra.

Ibidem: Magno inuenio numero hordei, olei, uini, fici, panco tritici.

### Numerus uini.

Cicero in Antoniu:m: Maximus uini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti.

Vlpianus de tritico, uino, et oleo, l. Si quis uinum: Si modo

uini numero à testatore non sunt habita. Et subdit: Caetera que pro hominum affectione, et usi numero uini habebūtur. Et subdit: Que uini numero paterfamilias habuit.

### Missum facere.

**M**issum facere, est deponere, ac etiam à nostro consortio, familiaritate, potestate, arbitrio dimittere. Multi barbare dicunt, Darc licentiam, uel Licentiare.

Cæsar Oppio: Gn. Magum Pompej præfectum apprehendit: sed et meo instituto usus sum, et cum statim missum feci.

Cicero in Verrem: Deinde alij questus instituuntur ex uno genere nauali iudices, quād multi accipere à ciuitatibus pecunias, ne nautas darent: pretio certo missos facere nautas, missorum omni stipendum lucrari. Et subdit: Certo pretio sexcentos nummos nautarum missione constituere.

Ibidem: Ut illud missum faciam.

Terentius in Hecyra: Missam iram faciet.

Varro de R e rustica: Colubas redire solere ad locum licet animaduertere, quid multi in theatro ē sinu missas faciant.

### Modicē.

**M**odicē aduerbum, non semper à paquo (ut uulgo credunt) sed à modo quandoq; deducitur: ut modestiam designet, quæ inter parum et nimium uersatur, non paucitatem.

Varro de R e rustica: Furfures obijciuntur modicē, ne parrum aut nimium saturentur.

Ibidem: Cum aer est modic temperatus.

Ibidem: Modica centuria ea ducentorum iugerum.

Plaut. in Persa: Modice et modeste est melius uitā uiuere.

Cicero pro P. Sylla: Quanquam à me timide modicēq; dicetur,

Ibidem

*Idem contra Rullum: Quare dignus uestro summo honore singulari<sup>q</sup>; iudicio sim, ipse modice dicam.*

*Idem ad Atticum: Modice et infra modum.*

*Idem Tironi: Nos agemus omnia modice.*

*T. Liu. de bello Punico: De se pauca ac modice locutus est.*

*Ibidem: Libertate nec spernere modice, nec habere sciunt.*

*Idem de bello Macedonico: Libertate modice utantur, temperatam cam salubrem esse.*

*Ibidem: Immodice, immodeſt<sup>cq</sup>.*

*Ibidem: Hac potestate immodice ac superbe Achaei usi sunt.*

### Modicum.

*Aliquando tamen dicitur a bonis illis autoribus et Modicum, et Modice, pro Parum, et pro Pauco.*

*Plautus in Milite: Modice sapio.*

*Cicero Attico: Mine Clodij, contemptionesq; quae mihi proponuntur, modice me tangunt.*

*Eidem: Sed ut modice ceteris utile est, tibi necesse est.*

*Eidem: Sed ea res modice me tangit.*

*Titus Luivius de bello Macedonico: Compara uerat et tyranus modicam classem.*

*Ibidem: Ut modico edito prelio, in fugam inclinarent.*

*Ibidem: Refecti cibo sumpto, et modica quiete.*

### Mouet me, Non me impedit.

**M**ouet me, Non me mouet, Non me impedit, eleganti modo loquendi ponitur ab antiquis.

*Cicer. pro Icge Manilia: Neq; me impedit eius Quirites inimicum edictum.*

*Papinianus de conditione furtiva, l. Parui refert: Nec me mouet, praesens homo fuerit nec ne.*

*Caius de damno infecto, l. Si aedibus: Sed mouet me quod ipse meas aedes reficere possum.*

More ma

*More maiorum, In morem.*

*More bellua, More maioru, et In morem dicebant, addito quandoq; genitiuo: aliqui in epte, Modo et In modum dicunt.*

*Vergilius:*

*- Perq; duas in morem fulminis artos.*

*Ouidius:*

*- Eunt anni more fluentis aquae.*

*Nemo.*

**C**v'm, ut sepe iam dixi, nihil aliud sit perfecta Latinitas, quam perfectorum illorum virorum autoritas, qua certo dicendi modo tanquam suo iure et pro arbitrio usi sunt: considerare atq; obseruare maxime decet, quid et quo modo dixerint: Nemo quisquam, Nemo homo, Non nemo, Nemo unus, Nemo unus vir, Quisquam unus, Quius unus, Quisquam omnium, Alter quisquam, Unus aliquis. Quod rari post eos curuerunt, quare corum uel scripta uel dicta merito laude carent.

*Nemo quisquam, Nemo homo,*

*Homo quisquam.*

*Terentius in Eunuco: O populares, ecquis uilit me hodie fortunatior? nemo hercle quisquam.*

*Idem in Hecyra: Nemo quisquam illorum ad te uenit, quis ita preparam se.*

*Idem in Eunuco: Nemo homo est iam.*

*Titius Luivius ab Urbe condita: Victoria, cui nec deus nec homo quisquam inuidet.*

*Non nemo.*

*Varro de Rustica: Tonsas recetes eodem die perungut vino et oleo, non nemo adiuncta cera alba et adipe suillo.*

*Cicero pro L. Murena: Non nemo etiam in illo sacrario recipit, in ipsa inquam curia non nemo hostis est.*

*Idem*

*Idem pro P. Sextio: Vel ut non nemo putaret.*

*Idem pro lege Manilia: Cum esset non nemo in senatu, qui diceret non oportere.*

*Idem pro L. Cornelio Balbo: Ut non nemo putaret.*

*Idem in Verrem: Nam quod fortasse non nemo uestrum audierit istum a Syracusaniis publice laudari.*

*Hircius in Commentariis: Non nemo culpe eius imprudentiae designabat.*

### Nemo unus, & Nemo unus vir.

*Cesar in Comment. Ad neminem unum summa imperii.*

*Titus Livius ab Urbe condita: Quia nemo unus latius dignus regno iussus est.*

*Ibidem: Neminem unum esse, cuius opera putet rempublicam restitutam.*

*Ibidem: Ut nemo unus inde praecipuum quicquam glorie domum referret.*

*Ibidem: Haud dubie illa etate, qua nulla uirtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innixa res Romana staret.*

### Quius unus, Quisquam unus, & Quisquam omnium.

*Cicero in Bruto: Quantum non quius unus est populo, sed estimator doctus et intelligens posset.*

*Titus Livius ab Urbe condita: Ne quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset.*

*Ibidem: Quia nondum in quenquam unum se uicibatur.*

*Ibidem: Cum nulli magis fremerent, quam quisquam unus recusare auderet.*

*Ibidem: Solertiis quam quius unus ex ijs, quos nominauit, castris locum caperet.*

*Idem de bello Makedo: Non modo quenquam unum elicit ad*

*cuit ad suadendum, sed ne fremitum quidem mouit.*

*Ibidem: Ne quem unum relinquenter.*

*Cicero in Verrrem: An hoc dubitabit quisquam omnium, quin is uenalem in Sicilia iurisdictionem habuerit?*

### Alter quisquam.

*Plautus in Asinaria: Neq; me Athenis est alter hodie quisquam, cui credi recte aequicq; putent.*

### Vnus aliquis.

*Vnus aliquis, vulgari propemodum sermone Rome etiam nunc dicitur: qui modus loquendi magis apud vulgum, quam apud eruditos remansit.*

*Cicero in Antonium: Cur nunquam tam frequens senatus fuit, quod unus aliquis tuam sententiam fecutus sit?*

*Idem de Finibus bonorum et malorum: Utilitati hominum plusquam unius alicuius aut sue consulit.*

*Idem pro Cluentio: Num aliquem nominare.*

*Idem de prouin. consularibus: Tanquam unum aliquem portum tutum et clausum tencri.*

*Caius, si quis omisso, l. Cum hereditas: Cum ab eo quoque peti posset, qui unam aliquam rem hereditario nomine possideat.*

### Negatio, Metuo ne non.

*Frequenter etiam ueteres illi autores duas negativas clausulas simul ponunt, et plerique cum uerbis vereor, aut Timco, aut Metuo coniungunt. Quem dicendi modum nulli post minores considerauerunt, aut quod certe liquidu constat, in suis scriptis raro usurpauerunt.*

*Plaut. in Persa: Ne non sat esses leno, id metuebas miser.*

*Idem in Casina: Metuo ne non sit surda.*

*Terentius in Adelph. Metuisti hominum homo stolidissime, ne non tibi istud foeneraret.*

*Idem*

Idem in Phormione: An uerbamini ne non id facerem, quod receperissem semel?  
 Cicero Attico: Vereor ne non liceat.  
 Eadem: Timeo ne non impetrem.  
 Eadem: Vereor ne excusandi potestas non sit.  
 Eadem: Veretur enim ne non liceat tenere hereditatem.  
 Idem pro Sexto Roscio Amerino: Vereor ne non ille solus (id quod ad me nihil attinet) sed alij quoque plures laeos se esse putent.  
 Idem in Tusculanis: Vereor ne non tam uirtutis fiducia utendum nobis ad spem beate uiuendi, quam uota facienda uidantur.  
 Idem in Philip. Sed unam rem vereor ne non probes.  
 Ibidem: An uerebare ne non putaremus natura te potuisse tam improbum euadere, nisi accessisset etiam disciplina?  
 Idem pro lege Agraria: Perit mecum credo ne mihi non licet contra uos in concione confisterem.  
 Idem Curioni: Non enim vereor ne non scribendo te expleam.  
 Eadem: Non quo uerear, ne uirtus tua opinioni hominum non respondeat.  
 Idem pro T. Annio Milone: Quanquam praesidijs salutibus & necessarijs septi sumus, tamen ne non timere sine aliquo timore possumus.  
 Ibidem: Cur igitur hos manumisisti? metuebat scilicet ne uidicaretur, ne dolorem perferre non posset.  
 Idem pro M. Caelio: An timebant ne tot umum ualentibus imbecillum, alacres perterritum superare non possent?  
 Idem in Verrem: No uereor ne hoc officium mecum P. Seruilio iudici non probem.  
 Idem in Catilinam: Si te iam Catilina comprehendi, si interfaci

terfici iussero, credo uerendum erit mihi, ne non potius hoc omnes boni scribi a me, quam quisquam crudelius, factum esse dicant. Horatius:

Sedit, qui timuit ne non succederet.

Ouidius de Ponto:

An uereor ne non approbet illa Getes?

Titus Luivius de bello Macedonico: Metuentes ne dilatorem res non patenterunt.

Vlpianus de iure dotium, l. Si ergo: Vereor ne non possint dominij eius effici.

Martianus codem titulo, lege, Si mulier: Vereor ne non sit obligata.

Idem de re militari, l. Officium: Vereor tamen si quicquam promisero, quod in usum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur.

Paulus de acquirendo rerum dominio, l. Bonae fidei: Verendum ne non sit bona fidei possessor.

Simpliciter posita, sine uerbo Me-tuo, Vereor, Timeo.

Cicero Attico: Sed diligenter nobis est uidendum, ne distracti, pares esse aduersario non possimus.

Idem pro Gai. Plancio: Haec sunt mibi tractanda iudices ex modice, ne quid ipse offendat coetum: id est, cum respondebro crimini bus, ne non tam innocentia reus sua, quam recordatione meorum temporum defensus esse videatur.

Idem de Oratore: Neque esse periculum, qui leonem aut taurum pungat ceteris, ne idem in multis alijs quadrupedibus facere non posset.

Idem de Fato: Vide ne non eadem sit illorum causa & Stoicorum.

Idem M. Marcello: Si ista uita tibi commodior esse uideatur

r tur

tur, cogitandum tamen ne tutior non sit.

Ouidius de Arte:

Nc tanti noctes non putet esse tuas.

Idem de Ponto:

Mors faciet certe, nc sim, cum uenerit, exul.

Ne non peccarim, mors quoq; non faciet.

Idem in Epistolis:

Quod potui renui, ne non inuita tenerer.

Vlpianus de receptis arbitris, l. Idem: Vidēdum est ne non sit compromissum.

Paulus de statu liberis, l. Cum hærcs: Recte putant liberū fore, ne multi ad libertatem peruenire non poſſint.

Nullo negotio.

**N**ullo negotio, hoc modo dicendi id significatur, ac si dicceremus, Sine difficultate.

Cic. Attico: Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit,

Eidem: Cum id nullo negotio facere poſſis.

Idem pro Rofcio: Quare hoc tu propter multitudinem ſiciorum nullo negotio facere potuisti?

Non ires; pro, Ire non deberes.

**N**otandus & hic dicendi modus, Non ires, Non redederes: pro quo inepte dicitur, ire non deberes, reddere non deberes.

Plautus in Trinumino: Non ego illi argentum redderem⁹. Respondetur, Non redderes, neq; de illo quicquam neque emeres, neq; uenderes.

Ne plura, Ne multis, Ne longum faciam. Ne plura, Ne multis, Ne longum facia, Quid multis? modus loquendi, ac si dicas: Ne dicam plura, ne multis teneā, quid multis opus eſt: sed elegantius illa & breuius.

Cic. pro Cluentio: Ne multa, pcrquiritur à coactoribus, inueni

inueniunt ea ferrula ad Stratonem peruenisse.

Idem Caio Memmio: Si peccat, magis inceptis quam improbitate peccat, sed nc plura.

Idem pro Cluentio: Ne multis, Diogenes emittur.

Idem Attico: Ne multa, nihil me in illo itinere, preter conscientiam meam delectauit.

Idem in Verrem: Ne multa, locuturum ſe eſſe conformat.

Ibidem: Ne multa, ſextertia decē me, inquit, dixi daturum.

Ibidem: Vndiq; reclamatur: ne multa, iterū iſte aliquanto poſt ad illos uenit.

Ibidem: Ne multa, iudices, libertate quam uos ſocijs dediſtiſtis, hac ille in acerbifimo ſupplicio miſerrime feruilitatis abuſus eſt.

Ibidem: Ne multa, ipſum dicere adolescentem audiriſtis.

Ibidem: Ne multa, iudiccs, ijs contumelijs ſcitote Quintū Lolum coactum ad Aproniij leges conditionesq; uenisse.

Idem pro Cluentio: Et ne longum ſit, omnium uicinorum ſumma eſſe in hunc benevolentiam confirmamus.

Horatius: Ne longum faciam.

Nihil ad Persium.

**N**ihil ad Persium, modus hic dicendi multis in locis reperitur illo perfecto ſeculo uifatus: id enim eſt ac ſi dicamus: Nihil ad comparationem Persij, aut non eſt id cum Persio comparandum.

Terentius in Eunicho: At nihil ad noſtram.

Cicero de Oratore: Quem cognouimus uirum bonum, ex non illiteratum: ſed nihil ad Persium.

Nunquid Romam uelis, &c.

**N**unquid Romam uelis? Nunquid me uis? modus eſt loquendi apud ueteres, quem modum ſequentia ſecula omnino prætermiferunt. Nos autem, apud quos

r 2 frē

*férē Latinus sermo recūruit, nondum ad hos flosculos manus admouimus: At sp̄ero fore breui, ut ad pr̄iscum candorem quām proxime accedatur.*

*Plautus in Aulularia: Ibo igitur, parabo, nunquid me uis? Idem in Trinummo: Nunquid uis? Respondetur: Cures tuam fidem.*

*Terētius in Eunicho: Rogo, nūquid uelit? Recte, inquit. Idem in Adelphis: Nunquid uis, quin abeam?*

*Ciceron Q. Ciceroni fratri: Me adhuc nemo rogauit, nunquid in Sardiniam uellem: te puto s̄epe habere, qui nunquid Roman uelis querant.*

*Idem Att. Me exp̄ensua illa nunquid uellem rogauit. Eadem: Is me proficisciēt Apamcam prosecutus est, nec cum postea in castra uenisset, atque inde discederet, nunquid uellem rogauit.*

*Titus Liuius ab Urbe condita: Frequentia prosequētum rogantiumq; nunquid uellet.*

### Noctu, Interdiu.

*N Ooctu, Interdiu, quod férē omissum est, et omnes dicunt bonis alioqui uerbis, de nocte, in meridie.*

*Cesar in Commentarijs: Pompeius clām et noctu, Cesar palam atq; interdiu.*

*Cato de Rerūstica: Martii Syluano in sylua interdiu in capita singula boum uotum facito.*

### Nec caput, nec pedes habet.

*N Ec caput, nec pedes habet, modo hoc loquendi vulgaris etiam nunc sermo Romanus frequenter uititur, cū res intricata et impedita est, ut quo te uertas nescias. Cicero Curioni: Propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes, e quidē uellem uti pedes haberent, ut aliquando redires.*

Nihil

*Nihil mihi longius, Nihil proprius,  
Nihil potius.*

*Nihil mihi longius, Nec quicquam mihi longius, Nihil fuit proprius, Nihil fuit potius, modi sunt loquendi maxime ediscendi.*

*Plautus in Mili. Nihil fuit proprius quām ut perirem.*

*Cicero Rabirio Posthumo: Nec mihi longius quicquam est iudiccs, quām uidere hominum uultus.*

*Idem in Somnio Scipionis: Nihil mihi fuit potius quām ut Masinissam conuenirem.*

*Non idem tibi & mihi.*

*N Otandum est et hoc non uulgare dicendi genus, Non idē tibi & mihi, quod multi multo aliter proferunt. Nemo enim non dicit, Non idem tibi sicut mihi: uel, Non idem tibi quod mihi.*

*Varro de lingua Latina: Et de ijs no eadem oratores & poëtæ.*

*Cicero de Fato: Vide ne non eadem sit illorum causa & Stoicorum.*

*Sallustius in Catilin. Non eadem uobis & illis necessitudo impendet.*

*Non habeo quod te accusem.*

*N On habeo quod accusem senectutem, Non habeo quod te accusem, Nihil habeo quod defendam: certo modo loquendi illius temporis elegantiissimè dicebatur: Minores h̄ec ut alia corruperunt.*

*Cicero de Senect. Non habeo quod accusent senectutem.*

*Idem in epistola ad Calium: Neque tamen adhuc habeo quod te accusem.*

*Idem pro Tito Annio Milone: Nihil sanc id profit Miloni, qui hoc fato natus est, ut ne se quidem seruare potuerit,*

r 3 quin

qui unà rem pub. uosq; scriuaret: si id iure non posset, nihil habeo quod defendam.

Ne'ue hoc, ne'ue illud.

**N**Ex'ue hoc, ne'ue illud, genus est dicendi per elegans: & ut est logo interruallo omissum, ita est ueluti postliminio repetendum.

Cicero Lentulo: Peto à te, nc id à me, ne'ue in hoc reonue in alijs queras.

Idem de Oratore: Ut ne'ue asper eorum concursus, ne'ue biuncus sit.

Ibidē: Ut ne'ue asperc cōcurrant, ne'ue uastius diducatur.

Ne uiuam, &c.

*nuncachos  
medicatio  
rovcalama  
nomelvā  
e desracama* **N**e uiuam, Ne ualeam, Ne sim saluus, Percam, Dispernac. Ne am, Mortar, Male mihi sit: modi sunt dicendi, cum quid assuerare, & ueluti quibusdam precibus deuouere, aut sacramento aliquo obtestari contendimus.

Cicero Attic. Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio.

Eidem: Quid poteris, inquis, pro ijs dicere? ne uiuam, si scio.

Idem Caio Fabio Gallo: Sed ne uiuam, si tibi concedo, ut eius rci tu cupidior sis quam ego sim.

Eidem: Moriar, si quisquam me tenet preter te.

Eidem: Male mihi sit, si unquam quicquam tam enitar.

Idem Tironi: Solicitat, ita uiuā, me tua mi Tiro ualetudo.

Propertius:

Dispcream, si quicquam aliud, quam gloria, de te  
Queritur.

Nunc erat.

**N**unc erat, antiqui illi simul ponebant præsens cum præterito. Ouidius in epistola ad Vlyssem:  
Nunc erat auxilijs illa tuenda patris.

Horatius

Horatius:

Nunc scularibus ornare puluinar dcorum

Tempus erat dapibus sodales.

Cicer Attico: Nunc reus erat apud Crassum diuitem  
Vectius de ui.

Eidem: Brutus erat in Veside etiam nunc.

Nomen facere.

**O**bseruui item quid sit Exigere, & Facere nomen,  
& Nomina defecta, non idonea. Visumq; est mali;  
Nomen & Nomina quandoq; pro debitoribus, quandoq;  
pro ipso debito accipi. Facere autem nomina, id esse quod  
debitores comparere: quod diuersis modis fiebat, partis;  
iuris uel promissis, mensbris aut annuis fructibus. Pecunia  
enim, aut numerata seruabatur in arca, aut emptis a-  
gris uel mercibus, in nominibus collocabatur: ut infra pos-  
site autoritates melius declarabunt.

Cicero de Natura dcorum: Aut tu illum fructu fallas, aut  
per literas auertas aliquod nomen, aut per seruulum per-  
cutias pauidum.

Idem Attico: Salaminios autem, hos enim pateram coer-  
re, adduxi, ut totum nomen uellent Scaptio soluere.

Idem pro L. Flacco: Hermippōq; percontanti de nomine  
Fafiano.

Paulus de pignoratitia actione, l. Si conuenit, ut nomen  
debitoris mei pignori tibi sit, tuēda est à p̄tore h̄ec con-  
tentio: ut & tc in exigenda pecunia, & debitor aduersus  
me si cum eo experiar, tucatur: ergo si id nomen pecunia-  
rum fuerit, exactam pecuniam tecum compensabis.

Vlpianus de doli mali exceptione, l. Apud Celsum: Quod  
si is cui pecunia debebatur, cū debitore decidit, & nomen  
eius ueldidit Scio, cui debitor mandauerat, ut nome emeret.

r 4 Scuo

Scœnula de legatis, l. Nomen debitoris in hac uerba legatuit: Titio hoc amplius dari uolo centum aureos, quos mihi hereditas C. Seij dicit, aduersus quos ei actionem mandari uolo, cīq; eorundem pignora tradi: Quero, utrum heredes tantum decem dare debeant, an omne debitum: hoc est, an et usuras debeant mandare? Respondi, uideri universam eius nominis obligationem legatam.

Hermelius de exemptionibus, l. Si plus: Qui nomine quale fuit uendidit, duntaxat, ut sit, non ut exigi aliquid possit, et dolum prestatre cogitur.

Cinna de Catone: Mirati sumus unicum magistrum, summum grammaticum, optimū poētam, omnes solucre posse questiones, unum difficile expedire nomen.

#### Facere nomina.

Cicero de Officijs: Hortos cum instructos, nomina facit, negotium conficit.

Idem Fabio Gallo: Tantum ex Arpinati ueneram, cum mihi à te literae redditæ sunt, ab eodemq; accepi Aniani literas, in quibus hoc inerat, liberalissimum nomina se facturum, cum uenisset qua ego uellim die.

Paulus de peculio, l. Ex facto: Plane si ex te pupilli nomina fecit, uel pecuniam in arca depositum, datur ei uendicatio nummorum.

Pomponius de peculio, l. Peculum: Si uero nomina ita fecerit dominus, ut quasi debitorem si scruo faceret, cum debitor non esset, contrā puto.

Scœnula de fidicommisarijs libertatibus, l. Thais: Stichus Archarius probate domino nomina fecit, et rationes à domino scriptas exhibet, nec postea nomen ullum fecit.

Idem de legatis, legē, Nomē de bitoris: Multos nouos debitores ampliarum pecuniarum fecit. Et subdit: Quæsum est, an

est, an huic filio, eorum nominum que ipse fecit, perceptio permittenda cōset.

Papinianus de usu et ususfructu, l. Vxori: Non idem seruabitur in nominibus ab herede factis.

#### Exigere nomina.

Cicero in Verrem: Ut reperiatur pecunias sumptuisse mutuas, nomina sua exegisse.

Paulus de usiris, l. Causa: Exigi solent etiam si omnia nomina idonea sint.

#### Nomina simpliciter.

Cicero in Verrem: Ille clamare cum raperetur, nihil se misserum fecisse, pecuniam sibi cōsse in nominibus numeratam, in præsentia non habere.

Idem in Topicis: Non si uxori uir legavit argentum omne quod suū esset, idcirco que in nominibus fuere, legata sunt. Multum enim differt in arcā ne positum sit argentum, an in tabulis debeatur.

Idem Attico: Nomina mea per deos expedi.

Horatius in Sermonibus:

#### Nomina sectatur:

Idem in Epistolis:

Cautos nominibus certis expendere nummos.

Vlpia de rebus eorum qui tutela, l. Magis puts: Querere ergo debet an pecuniam pupillus habeat, uel in numerato, uel in nominibus, qui cōuenire possint, uel in fructibus conditis, uel etiam in reddituum sp̄ atq; obuentionum.

Papinianus de administr. & periculo, l. Tutor: Siue curator nomina que iuste putat non esse idonea.

Idem eodem tit. l. Tutoris nom: num paternorum periculum, que post pubertatem adolescentis idonea fuerant, prestare cogendi non erunt.

Scœnula de administratione et periculo. l. Qui negotiationem: Duo millia potuerint à substantia hæreditatis separare, et in nomina collocare neglexerint.

Idem de fundo instructo, l. Liberto: Ex nominibus debitorum elegit idonea nomina.

Africanus ad Senatuscon. Velleianum, l. Tutor: Quod parum idonea nomina debitorum uiderentur.

Modestinus, si certum petatur: Periculum nominū ad eius cuiusculpa factum probari potest, pertinet.

Scœnula de statu libe, l. Sticho: Argentarius coactor cum penè totam fortunam in nominibus haberet.

Idem de Donatione, l. Ad eum: Peculium tuum omne quicquid habes, tam in nominibus, quam in rebus mouentibus, siue in numerato, me tibi concedere hac epistola mea manu scripta, notum tibi facio.

Papinianus de administr. rerum, l. Imperatores: Item rescripsierunt, nominum, que deteriora facta sunt tempore curatoris, periculum ad ipsum pertinere.

*perdere strababo*

### Operam ludere.

Qvis neget esse modum loquendi, quo Latinitas tota cōtineatur? Nā quis efficit, qui Operā ludere, dicere auderet, nisi prius patres illi Latinæ eloquentiæ sic dixissent? Cum enim frustra aliquid fieri putabant, Operā ludimus, dicebant: quod imitatione dignum maxime est.

Plautus in Pseudo. In pertusum ingerimus dictu dolium, operam ludimus.

Terentius in Phormione. In illis fructus est, in his opera luditur.

Plautus in Casina: Si me nunc suspendam, operam luscerim, et præter operam restim sumpti fecerim.

Os

### Os.

Os, certo modo loquendi ab illis antiquis pro audacia et temeritate, quandoq; pro conspicu ponitur. Cicero in Oratore: Quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla sententia iuris audet accedere?

Idem in Verrem: Os hominis, insignemq; impudentiam cognoscite.

In Philippica quinta: Sed illud os, illam impunitatem.

In Philippica undecima: Audisset furentis introitū Dolabella, uocem impuram, atq; os illud infame.

Idem pro C. Rabirio Posthumo: Quod habent os? quam audaciam?

Sallustius in Iugurth. Incedunt per ora uestra magnifice.

Cicero pro Gn. Plancio: Que cum ita sint, iam succumbam Laterensis isti tuo ori nimio, in eo, in quo nihil potest esse nimium: quoniam ita tu uis, nimium me gratum esse concedam.

### Operæ.

Operæ in plurali, quod nusquam ab alijs obseruatū reperi, id esse uidetur quod sectatores, affecclæ, clien-tes. Que res quo iudicari facilius quicat, ut consueui, infra quæ collegi, locauit.

Cic. Q. fratri: Cū omnia maledicti, uersus citi obsecenissimi in Clodiū et Clodiā dicerēt: ille furēs et exanguis, interrogabat suos in clamore ipso, quis esset qui plbem fame necaret: Respondebat operæ, Pōpeius. Et subdit: Faetus est à nostris impetus, fuga operarū. Et subdit: Itaq; se comparat, homines ex agris accessit, operas autem suas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur.

Eidem: Operæ Clodiane clamorem susulerunt.

Idem Attico: Operæ comparantur.

Eidem

Eidem: Operæ Clodianæ pontes occuparant.

Idem: Qui erant meū, facile operas aditu prohibuerunt.  
Idem pro P. Sextio: Erat enim nubi contentio, non cum  
victore exercitu, sed cum operis conductis, & ad rapien-  
dam urbem concitatis.

Idem pro P. Sylla: Contra patrem tuum operas & ma-  
num comparasse.

Idem qua senatus gratias agit post redditum suum: Cum  
ijsdem operis suffragium ferentibus.

### Obtinere prouinciam.

**O**btinere prouinciam, modus dicendi, quo significatur  
habere prouinciam ad tempus ad regendum, ut  
proconsul aut prætor, uel ut quæstor, aut pro alio ma-  
gistratu.

Cicero in Verrem: Iam antea in sella sedens prætor cum  
prouinciam Siciliam obtincret.

In eundem: Sic obtinui quæsturam in prouincia, ut omnium  
oculos in me unum coniectos arbitrarer.

Idem pro L. Flacco: Cum Asiam prouinciam consulari  
imperio obtineres.

Idem pro Q. Ligario: Interim P. Accius Varus, qui præ-  
tor Asiam obtinuerat, Uticam uenit.

Idem in Vatinium testem: Cum quæstor Macedoniam  
obtinebat.

Idem pro M. Caelio: Africam tum prætor ille obtinebat.  
Lentulus Ciceroni: Et nubi dent negotium, ut Asiam ob-  
tineam.

T. Liuius ab Urbe cond. Galliam prouinciam obtinere.

Obtingere autem prouinciam, est, cum sortito prouin-  
cia regenda alicui committetur.

Cicero in Verrem: Quæstor ex senatus consulto prouin-  
ciam

ciam sortitus es, obtigit tibi consularis.

Idem Attico: Asiam Quinto suauissimo fratri obtigisse  
audisti.

### Ob.

**E**velli ex intimis latebris, modo coniunctionis, modo  
præpositionis particula Ob, candidissimum sensum:  
non enim uulgatum illum, aut palam possum, quod pro-  
pter significat, uerum id quod circum uel ante aut contra  
ostendat, atque ita ante, ut sermoni interponatur ue-  
luti obex quidam, & interiacet: ut obsidere urbem, id est,  
circus sedere.

Plautus in Milti: Nunc dcmū experior ob oculos caligi-  
nem prius mihi obtigisse.

Ibidem: Nam ille qui lanam ob oculum habebat, naua  
non erat.

Idem in Truculento: Irata est, quia scortum ob oculos ad  
duxerit.

Cicero pro P. Sextio: Aut ego illas res tantas, in tanta im-  
proborum multitudine cum gerbam, nō mihi mors, non  
exilium ob oculos uersabatur?

Idem de Finibus bonorum & malorum: Cuius incola So-  
phocles ob oculos uersabatur.

T. Liuius ab Urbe cond. Fœda mors ob oculos erat.

Ibidem: Ut mors ob oculos omnium esset.

Vergilius:

Cunctus ob Italianam terrarum clauditur orbis.

Plautus in Aulularia: Dum it dormitum, follem obstrin-  
git ob gulam.

Inde obire prouinciam, obire fundos, obire sacra di-  
citur.

Cicero in Verrem: Ego Siciliam totam quinquaginta die-  
bus

*bus sic obij.*

*Idem de Oratore: Iudicia priuata magnarum rerū obire.*

*Ibidem: Cui nostrum non licet fundos nostros obire?*

*Vergilius:*

*Ducunt exortem Aeneæ, quem fulua lconis*

*Pellis obit totum.*

*Cicero in Verrem: Nam ætate summa, quo tempore  
ceteri prætores obire prouinciam et concursare con-  
fuerunt.*

*Ibid. Cum uero æstas summa effe iam coepera, quod tem-  
pus omnes iam semper Sicilia prætores in itineribus con-  
sumere coſueuerunt, propter ea quod tum putant obeu-  
dam effe maxime prouinciam, cum in area frumenta sunt.  
Idem pro lege Manilia: Cum ita clausa erat nobis omnia  
maria, ut neque priuatum rem maritimam, neq; publicam  
iam obire possemus.*

*T.Li.ab Vrbe cōd. Quanquā ipse plurima sacra obibat.  
Ibidem: Munus uigilarum obibant.*

*Ibidem: Quidam duo coſules obire tot simul bella nequirerent.  
Ibid. Ne ad omnia simul adire, et obire unius non posset.  
Ibidem: Haud grauate omnia obcundo.*

*Cicero de Amicitia: Qui diligētissime semper illum diem,  
illudq; munus solitus es obire.*

*Pro lege Agraria: Qui rerum priuatarum causa legatio-  
nes liberas obcunt.*

*Ibidē: Hærcditatum obcundarum causa. Vergilius:  
Magnas obeunlia terras Tot maria intraui.*

*Cæsar in Comment. Omnia per se obire, et quid quoquo  
loco faciendum esset, prouidere non posset.*

*Departicula Ob pro contra.*

*Plautus in Sticho: Tranquillam uiam concinna: Si rex  
obstab*

*obſtabit, regem peruerſito ipsum.*

*Ibidem: Si tibi nulla ægritudo eft animo obuiam.*

*Offendere.*

*O*ffendere, interdum idem eft quod incurrere: *Vnde*  
*Offenſiones pcdum, quas Augustus Cæſar ut dirum*  
*et mali omnis abhorrebat.*

*Plautus in Circulione: Nec quem in curſu capite, aut cubi-  
to, aut pectore offendam, aut genu.*

*Ciceron Marco Varroni: Quis iſ tam lynceus, qui tantis  
tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?*

*Idē Lentulo: Si cecidiffet ut uolumus et optamus, omnes  
te sapienter et fortiter: fin aliquid effet offensum, eosdem  
illos et cupide, et temere fecisse dicturos.*

*Idem in Verr. Si tantulum offensum, titubatumq; fit.*

*Ouidius in Epistolis:*

*Cum foribus uelles ad Troiam exire paternis,  
Pcs tuus offensus limine signa dedit.*

*Idem de Fastis:*

*Creditur offenso procubuisse pcdē.*

*Tibullus:*

*Te canit agricola, et magna cum uenerit urbe  
Seruſ, inoffensum retuleritq; pedem.*

*Idem Tibullus:*

*Offensum in porta signa dedisse pedem.*

*vitrullus: Si ad asciam offenderint calculi, non erit calxe  
temperata.*

*Plautus in Penulo: Quemq; uisco offenderant.*

*T.Liu.ab Vrb.cond. Miles offenso scuto præbuit sonitum.*

*Cic.pro Cluentio: Qui bis apud eos iudices offendisset.*

*Opes.*

*O*pes à bonis illis autoribus positas non solum pro  
diuitijs

*sicomendado* diuitijs, uerum etiam pro potentia, que constat ex am-  
*cis, clientelis, propinquis, populari fauore, infra planē*  
*igunabogodo colligere.*

Cic. de Officijs: Existuntq; in repub. plerumq; largitores  
et factiosi, ut opes quam maximas consequantur, ut sint  
potius superiores ui, quam iustitia parcs.

Idem de Amicitia: Diuitiae ut utare, opes ut colare, hono-  
res ut laudare.

Ibidem: Sic multorum opes praepotentium excludunt ami-  
citias fideles.

Idem pro Cluentio: Sylla maximis opibus, cognatis, affi-  
nibus.

Idem Attico: Tamen firma munitur quædam nobis ad re-  
tinendas opes nostras tutas (ut spero) via.

Idem Publio Quintio: Ut P. Quintius, cui tenues opes, nul-  
la facultates, exiguae amicorum copiae sunt, cum aduersario  
gratiosissimo contendat.

Idem ad equites Romanos: Et singulorum opes saepe sunt  
tenues.

Idem pro L. Mur. Vt eius opes atq; ingenii preffidio, nul-  
lis etiam alienis, uix cuquam iniucus esse debent.

### Optimus maximus.

*smuicelente*  
*or sacredad opo* Optimus maximus, non solum de Deo dicitur, sed de  
*cesson de la terra non dixisti, ut optimus maximusq; est.*  
*overl honponde* Celsus de contrahenda emptione: Cum uenderes fundum,  
*scilq; maxima* Hermulcius de empl. Quoad seruitutes: Nisi ut optimus  
maximusq; esset, traditus fuerit fundus.  
Paulus de lega. Si nabi: Ut optimi maximisq; sunt.  
Idem de fundo instructo. Fundo legato: Ut optimus ma-  
ximusq; est.

Perpe

Perpetuus. *confina et uacua et genitiva*

**Q**VAM multi in nomine Perpetuum, et uerbo Perpe-  
tuo errauerunt, proprietatem, que in dicendi hono-  
rum autorum modo consistit, ignorantes. Est enim Perpe-  
tuum inter cetera, quod solidum, non concisum in frusta,  
sed continuatum, non interruptum, aut temporis spatio in-  
termittuum. Et eodem sensu Perpetuare dicitur, id est sine in-  
termissione, continuare, ut infra late ostendetur.

Plautus in Rudente: Iactate exemplis plurimis misere per-  
petuum noctem.

Idem in Mercatore: Siquidem isti dicto solidus et perpe-  
tua est fides.

Terentius in Hecyra: Cum milite Corinthus hinc sum pro-  
fecta inhumanissimo: biennium ibi perpetuum misera il-  
lum pertuli.

Idem: O fortuna, ut nunquam es perpetuo bona.

Cicero in Verrem: Una lata via perpetua.

Idem ad Atticum: Clodium presentem fregi in senatu, cum  
oratione perpetua plenissima gravitatis, tum alterca-  
tionis.

Cato in Rerustica: Ulro citroq; fulcos perpetuos ducito.

Cæsar in Commentariis: Erant perpetuae paludes.

Idem: Trabes perpetuae collocantur.

Idem: Palus perpetua intercedebat.

Idem: Perpetuae fossæ quinos altæ pedes ducebantur.

Idem: Pro uectere ac perpetua in me fide.

Cicero pro lege Manilia: Quod ut illi proprium ac per-  
petuum sit.

Idem pro Gn. Planco: Ego uero si cum illorum impiorum  
ferro et manu concidisse, in perpetuum respub. ciuile pre-  
sidium salutis sue perdidisset.

s Idem

*Idem in: Catilinam ignem Vestie perpetuum ac sempiter  
num.*

Vergilius:

*Pascunt perpetuo tergo bouis.* Idem;  
*Perpetui soliti patres confidere mensis.*

Idem:

*Sola hic perpetua moerens carpere iuuentus.*

Ouidius in Ibin:

*Dij tibi dent, nudosq; lares, inopeniq; senectam,  
Et longas hycmes, perpetuamq; sum.*

Idem de Ponto:

*Sic mea perpetuis liquefunt pectora curis.*

Catullus:

*Iucundum mica uita mali proponis amorem,  
Hunc nostrum inter nos, perpetuumq; fore.*

Vitrinius: *Dum in crastidine perpetuae talea oleagine  
ubulatae quam creberrime infrauantur.*

Idem: *Queratur solum, si sit perpetuo solidum.*

Idem: *Sin autem ualles erunt perpetuae, in declinato loco  
cursus dirigentur.*

Titus Livius ab Urbe condita: *Saltus perpetuis montibus  
inter se iuncti.*

Ibidem: *Modo sit perpetuus huius qua uiuimus, pacis  
anor.*

Idem de bello Macedonico: *Perpetuus orationibus die ab-  
sumpto.*

Paulus de seruitutibus rusticorum praediorum, l. Si uia: Si  
lacus perpetuus in tuo fundo est: nauigandi quoq; seruitus,  
ut perueniat ad fundum uicum, imponi potest.

Idem: *Quod cuiusq; universitatis nomine, l. Item eorum:  
Nisi lex municipij uel perpetua consuetudo prohibeat.*

Vlpianus, soluto matrimonio, l. Si cum dotem: Et si quidem  
inter

*interiuallum furor habeat, uel perpetuus quida morbus est.*

Perpetuare. confirmar et aliquid ausa  
Plautus in Pseudolo: Non efi iustus amator, nisi qui perpe-  
tuat data. prospectim contr  
intad amantis

Cicero de oratore: *Vt si cui sit infinitus spiritus datus, ta-  
men cum perpetuare uerba nolimus.*

Idem pro Publio Sylla: *Semper Cæcilus in calamitate fra-  
tris sui iudicium potestatem perpetuandum, legis acerbi-  
tem mitigandam putauit.*

*Præstare culpam, dolum, &*

*huiusmodi.*

*Cum legiſſem uarijs in locis in Cicerone, apud iuriſco*

*sultos, & autores alios, penes quos uidetur quodāmo*

*do Latinæ linguae proprietas reſcdisse. Præſtare culpam,*

*dolum, uim, caſum, uitium, & alia huiusmodi: & quaſi cœcu-*

*tientibus oculis quid eo modo dicendi ſignificaretur, hallu-*

*cini, rer: contulſſemq; ſimil piura loca ex ijs, quo id incluſus*

*internoscere: uifum eſt mibi id eſſe præſtare culpam, ui-*

*tium, & cetera id genus, quod ad culpam teneri. Et ut ſi*

*ſignificantius d: cam, id m: hi uidetur Culpani præſtare, quod*

*ſtare pro culpi: ut clarius ex ijs quas ſubici, autoritaibus*

*demonſtratur.*

Cicerio in epiftola C. Torquato: *Simus igitur ea mente,*

*quaſi ratiō et ueritas præſcribit: ut nihil in uita a nobis*

*præſtandum præter culpam putemus.*

Idem de Oratore: *Perge uero Crasse, inquit Mutius, iſtam*

*enī in culpam, quaū uerteris, ego præſtabo.*

Ibidem: *Defendebamus quicquid fuſſet incommodi in man-*

*cipio, id ſi uenditor ſciſſet, neque declaraffet, præſtare de-*

*bere.*

Ibidem: *Demonſtrare grauiſſimis uerbis, multos ſepe im-*

petus populi non iniustos esse, quos præstare nemo posse.  
Idē Papyrio Peto: Sic video philosophis placuisse ijs, qui  
uulgo soli uidentur uim iuritū tenere: nihil esse sapientis  
præstare, nisi culpam: qua mibi uideor duplíciter carere.

Idem in Topicis: Omnibus est ius, parietem directū ad pa-  
rietem communem adiungere solidum uel fornicatum. At  
si quis in pariete communi damni inficti promiserit, non  
debet præstare quod fornis uitij fecerit.

Idem pro Publio Sextio: Ea conditione gesseram, ut meum  
factum semper omnes præstare, tueriq; deberent.

Idem ad Q. fratrem: Quos uero, aut ex domesticis cōiun-  
ctionibus, aut ex necessariis apparitionibus tecum, esse uo-  
luisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent, ho-  
rum non modo facta, sed etiam dicta omnia præstandano-  
bis sunt.

Idem de Officijs: Si autem dictum non omne præstandum  
est, quod dictum non est, id præstandum putas?

Cæsar in Commentarijs: Neq; periculum præstare eorum,  
sed totam rem ad Pompeium reiçere,  
Cicero de Offic. Nam cum ex xii. Tabulis satis esset q;  
præstare, que essent lingua nuncupata, que qui inscripti  
esset, dupli poenam subiret à iurisconsultis etiam reticentia  
poena est constituta. Quicquid enim est in prædio uitij, id  
statuerunt si uendor sciret, nisi nominatum dictum esset  
præstari oportere, & subdit: Cum in uendendo rem eam  
scisset, & non pronuntiasset emptori, damnum præstari  
oportere.

Papinianus de rei uendicatione, l. Si nauis: Periculum na-  
uis possessor petitori præstare non debet.

Idem de administratione & periculo, l. Tutores: Non uī  
paternorum periculum præstare cogendi non erunt.

Idem

Idem eodem titulo, & eadem lege: Vicitus, præteriti tem-  
poris periculum præstabit.

Vlpianus, nautæ, cauponæ, &c. l. Si quis: Factum non so-  
lum nautarum præstare debet, sed & uectorum.

Idem de tutelis, l. Si filius familiæ: Aequum est, ut eū dunta  
xat dolum pater præstet, qui commissus est ante emancipa-  
tionem filij.

Idem de Magistratibus, l. In ordinem: Nō enim debent ma-  
gistratus futuros casus & fortunā præstare pupillo.

Idem de legatis primo, l. Quid ergo: Sed si animal legatum  
occiderit, futuō teneri, non ut carnem præstet, uel cetera,  
sed ut præstet pretium.

Pompeius de negotijs gestis, l. Si negotiū absentis, & igno-  
ranti geras, & culpam, & dolū præstare debes. Sed Pro-  
culus ait, Interdum & casum præstare debet.

Pomponius soluto matrimonio, l. Si mora per mulierē fue-  
rit, quo munus dotem recipiat, dolum malum dūtaxat in ea  
re, non etiam culpam maritus præstare debet.

Idem in eodem tit. l. In partē: Dolum & culpa in eo pecu-  
lio uel acquirēdo, uel conseruando maritus præstare debet.

Idem eodem titulo, l. Etiam: Licet in dotilibus rebus nō so-  
lum dolum, sed & culpam maritus præstet: cū tamen que-  
riatur in iudicio de dote, an facere posse, dolus dūtaxat cō-  
pribenditur.

Paulus codem, l. Si filios familiæ: Si post diuortium res dota-  
les deteriores factæ sint, & uir in reddenda dote morā fe-  
cerit, omni modo detrimentum ipse præstabit.

Idē de fideiussoribus, l. Hærcs: Eius qui non iure tutor uel  
curator datus, administratione non immiscerit, dolum &  
culpam præstare non debet.

Iabolenus codem titulo, l. In ijs rebus, quas præter numera-

s 3 tam

tam pecuniam doti vir habet, dolum malum & culpā p̄fare eum oportere Scruius ait.  
Vlpianus loqui & conductus est. Ex conducto; Scruius om̄e uiva, cui resistit, non potest, dominum colono p̄fare debe re ait, ut puta fluminum, graculorum, sturnorum, & si quid simile acciderit.

## P̄RE, MASS

P̄positio P̄re, elegantiſime à bonis illis autoribus ponitur, cùm comparationem quandam inducit: ut, P̄ nobis beatus uideris, id est, plus nobis beatus. Aliquando tamen ad cōparationem, ut aliqui etiam dixerunt. Plautus & Terentius p̄positionē hanc, P̄re, componunt cū Quām: quandoq; cum Ut, ut clarius infra uidebitur.

Plaut. in Aulularia: Sed hoc etiam pulchrum est p̄ quām ubi sumptus petunt.

Idem in Moſtellaria: Vido te nibili pendere omnes homines p̄ Pholache.

Idem in Sticho: Iuniores omnes relicta habeo p̄ quod in nolis.

Idem in Milite: Qui non sum dignus p̄ te, qui figam p̄ lumen in parietem.

Ibidem: P̄ te illius forma quaſi spernas tuam.

Ibidem: Nihil hercle hoc quidem p̄ ut alia dicam.

Idem in Menæhmis: Modestior nunc quidem est de verbis, p̄ ut dudum fuit.

Idem in Mercatore: Pentheum diripiuisse aiunt Bacchus, nugas maxime fuſſe credo, p̄ ut quo pacto ego diuerſus diſtrahor.

Ibidem: Sanus si sim, p̄ te medicum mihi expetam.

Terentius in Eunuch. Hic ego illum contempſi p̄ me.

Ibidem: Qui si occuperit amare, ludum iocumq; fuſſe alterum

terum dices illum, p̄ ut huīs rābies quæ dabit.

Idem in Adelphis: Omnia postponenda putauit p̄ meo commodo.

Ibidem: Atq; huic aliq; paululum p̄ me matu dederis.

Cicer. Seruo Sulpicio: Non tu quidem uacuus molestijs, sed p̄ nobis beatus.

Idem in Verrem: Om̄ij minas atq; om̄ia pericula p̄ salutē sua leui duixerunt.

Ibidem: Ut ipse consulat hæc causa p̄ me nimis, ctiam fieri poſit, quam priuatus esse uidetur.

Ibidem: Atq; ut intelligatis ab isto p̄ lucro, p̄d. q; p̄ senti, uerū galium, nec posteriatis habitat esse rationem.

Idem in Rullum: Quæ si in illo minima fuſſent, tamē p̄ tuis facultatibus maxima putarentur.

Idem in Bruto: Isq; se ita putat Atticum, ut viros illos p̄ se penè agrestes putet.

Cæſar in Cōmentarijs: Quod omnibus Gallis p̄ magnitudine corporum suorum breuitas nostra contemptu est.

Horatius:

Cuncta ne p̄ campo ex Tiberino flumine fordent?

Titus Livius ab Urbe condita: Qui omnia p̄ diuitijs humana spernunt.

Idem de bello Macedonico: Sed quid ifta p̄ ijs, quæ à te tuisq; quotidie alia super alia facinora eduntur?

## P̄aeſudicare.

P̄aeſudicare, apud eos, qui nouum, non antiquum dicendi modum inſcię ſeſtantur, eft id quod dānum aut iacturam dare: ueluti ſi dicant, ut ſolent in hac re māhi ualde p̄aeſudicatur: aut, Hoc non ſine meo p̄aeſudicio fieri potest. Qui modus dicendi, quām procul abſit ab uera elegantiq; Latinitate, infra perſpicetur. Nam p̄aeſudicar

dicare, est aliquem exemplo alieni iudicij damnae. Hoc enim, Iudicium à Præiudicio differt: Iudicium est, quod ex causa ipsa fit: Præiudicium autem, quod iudicibus exemplum postea præbet ad iudicandum in eadem causa, sicut paribus causis, uti clare in oratione Ciceronis pro Cluentio colligitur: qui duobus præiudicijs, uno in Scamandrum, altero in Fabricium eadem ueneficij causa factis, Oppianicum damnatum esse demonstrat.

Cicero pro Cluentio: Cum Oppianicum iam perditum et duobus iugulatum præiudicis uideret.

Ibidem: Tum deniq; cum duobus proximis præiudicijs condemnatus esset.

Ibidem: Nisi que præiudicia de eo facta esse constarent.

Ibidem: Deinde ea de eo præiudicia esse facta ab ipsis iudicibus, à quibus condemnatus est: ut non modo ab eisdem, sed ne ab alijs quidem ullis absoluvi illo modo posset.

Ibidem: Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, ut res semel atque iterum præiudicata, condemnatus in iudicium uenerit.

Ibidem: Et qui ceteros nullo præiudicio facto, tamen ex ipsa causa condemnassent.

Ibidem: Cum is duobus præiudicijs iam damnatus esset.

Ibidem: Patefactum est illo iudicio reum condemnari, presertim ab ipsis iudicibus, qui duo præiudicia fecissent.

Idem pro L. Muræna: Si existimabit iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio ualere oportere.

Idem de Arte rhetorica: Satis ne cause fit, quare cum de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium comparatum sit, præiudicetur.

Idem in Verrem: De quo non præiudicium, sed plane iudicium iam factum putatur.

Ibid

Ibidem: Hoc miror, qui de hoc homine præiudicium uoluerit fieri, per recuperatores de hoc ipso non modo præiudicari, uerum grauiſſime et uchementiſſime iudicari.

M. Brutius Ciceroni: Quod enim nondum senatus censuit, nec populus Romanus iusſit, id arroganter non præiudico, neq; reuoco ad arbitrium meum.

Titus Liuius ab Urbe condita: Præiudicium iam de reis, et à senatu et à populo Romano, et ab ipsorum collegis factum esse.

### Proximus & Vicinus.

**N**Vlli dubium est, quin inter proximum et vicinum differentia sit, licet prima facie uideantur idem: Nam qui Vicinus est, Proximus certe uideri potest: et contra, qui Proximus, esse idem qui Vicinus. Est tamen Proximus is, quem nemo antecedit, et quo nemo uicinior est. Vicinus autem proximus, et idem non proximus esse potest. Sed ea duo nomina coniuncta antiquo modo dicendi, quo discrimen internosceretur, elegantiſſime reperiuntur.

Vlpianus de suis et legitimis hæredibus, l. Is est proximus, quem nemo antecedit: et is ultimus, quem nemo sequitur. Plautus in Mercatore: Tuus amicus et sodalis, simul uicinus proximus.

Terentius in Hecyra: Despondet ei gnatam huius uicini proximi.

Cicero Attico: C. Arrius proximus est uicinus, immo ille quem iam contubernialis.

Eidem: C. Albanus proximus est uicinus.

Idem de Officijs: Querit ex proximo uicino, num ferre quedam piscatorum essent, quod eos nullos uideret. Nullæ, quod sciām, illuc inquit.

Iabolenus, locati et conducti: Qui domum habebat, arcam iumentam ei domui vicino proximo locauerat.

Paulus de noui operis nuntiatione, l. Non solum proximo vicino, sed superioribus.

### Pertinere.

**P**ertinere non semper impersonale est, nec eodem significato: Nam pertinere reperitur apud illos ueteres, significans id quod pertingo, peruenio, contingo.

Cicero de Natura decorum: Paulo suprà quam ad linguam stomachus annexatur, eaq; ad pulmones usq; pertinent.

Ibidem: Ad easdem partes icoris confluunt, ad quas omnes eius uiae pertinent.

Ibidem: A corde autem in totum corpus distribuitur per uenas admodum multas, in oës partes corporis pertinentes.

Idem pro Muræna: Latius patet illius scleris contagio, quam quisquam putat, et ad plures pertinet.

Idem de Officijs: Quod corum administratio latissime patet, ad plurimosq; pertinet.

Cæsar in Commentarijs: A finibus Trecuirorum ad Neriuos pertinent.

Ibidem: Equites barbaris omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur.

Idem: Belgæ ab extremis Gallie finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni.

Ibidem: Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, et eam partem Oceani que ad Hispaniam uergit, pertinet.

Idem: Neq; nostri longius, quam que ad finem porrecta, ac aperta loca pertinebant, cedentes insequi auderent.

Idem: Veragroscq; misit, qui à finibus Allobrogum et lacu Lemano et flumine Rhodano, ad summas Alpes pertinet.

Ibidem

Idem: Syluam esse ibi infinita magnitudine, quæ appellatur Bacenis, ac longe introfusus pertinere.

Hircius in Commentarijs: Atq; id iugum, quod trans paludem penè ad hostiū castra pertineret, mediocri ualle à castris eorum intercisum animaduerteret, pontibus palude constrata, legiones traducit.

Titus Livius de bello Punico: Hi mores eaq; charitas patria per omnes ordines uelut tenore uno pertinebant.

Idem de bello Maccd. Agros ad mare pertinentes euafat. Ulpianus de fonte deducedo, l. Prætor: Quod ait Prætor, pertinet: hoc significat quod ex aedibus eius in tuas aedes pertinet, hoc est, dirigitur, extenditur, peruenit.

Hircius in Commentarijs: Alexandria est fere tota subfossa, specuq; habet ad Nilum pertinentes.

Cæsar in Commentarijs: Omnia flumina atq; omnes riuos qui ad mare pertinebant, Cæsar auerterat.

Ibidem: Ad carum partem munitionum ducit, que pertinebant ad mare.

Ibidem: Quam pertingere à castris ad flumen suprà demonstrauimus.

Ibidem: Hæc syluam quandam contingebant.

### Præcipito.

**V**erbo Præcipito, ueteres illi laudatissimi utebantur, præcipie cum de fidibus, uel tēporibus mentio incidebat; quod cum nonnulli minus obseruassent, Præcipitare actuum, pro uerbo paſſu possum esse suspicati sunt. Modus enim loquendi eos latuit, qui pro grammatica et ratione apud eos autores, et in eo uerbo, et alijs frequenter usurpatur.

Cicero in Oratore: His autem de rebus sol me ille admouuit, ut brevior essem: qui ipse iam præcipitans, me quoq;

quoq; hæc præcipitem penè evoluere coëgit.  
Cæsar in Commentarijs: Multi iam menes transferant &  
hyems iam præcipitauerat. Vergilius:  
Et iam nox humida coelo

Præcipitat.

**Præuertere, Præuerti, Anteuertere.**

Praeuertere, Praeuerti, Anteuertere, non id significant,  
quod precedere, ut aliqui uolunt: sed id quod preponere,  
preuenire: sed non suo, imò potius prepostero ac  
peruerso ordine: id est, ut quod erat in animo, ut postea facie-  
ret, siat antea: & cōtra, quod ante erat faciemundum, postea siat.  
Sed id quoq; precipue notandum est, datiuum post se ple-  
runque trahere, ac deponens idem uerbum etiam fieri.

Plautus in Milite: Iam nos isti rei praeuerternur.

Ibidem: Igitur id quod agitur, nunc hoc primum praeuerti  
debet.

Idem in Mercatore: Mandatis rebus praeuerti uolo.

Ibidem: Abige abs te laſitudinē, caue pigritia praeuerter.

Idem in Captiuis: Cerium est hoc principium praeuerter.

Ibidem: Pol mœrores mihi anteuerunt gaudijs.

Ibidem: Ei rei primum praeuerti uolo.

Idem in Pseud. Sed cum pietatem video amori tuo praeuer-  
tere, omnes tibi patres sunt.

Ibidem: Hoc praeuertat principio, illa omnia missa habeo,  
qua ante agere cecepi.

Iidem in Perja: Stultitia est, si cui bene esse licet, eum prae-  
uerti litibus: posterius ista hæc te magis agere par est.

Idem in Cistellaria: Praeuerti hoc cerium est rebus alijs o-  
mnibus.

Idem in Mercatore: Sæpe ex te audiui pater, mandatae rei  
omnes sapientes primum praeuerti decet.

Iidem

Idem in Bacchidibus: Rebus alijs anteuertant Bacchis, que  
mandas mihi.

Idem in Casina: Omnibus rebus ego amorem credo & ni-  
toribus nitidis anteueniare.

Cicero de diuinatione: Si uacas animo, neq; habes aliquid  
quod huic sermoni praeuertendum putas.

Ibidem: Atq; idipsum, cum tecum agere conader, Fannius  
anteuerit.

Horatius cum uellet notare, uitia amicarum corrumpere  
re amatores, dixit: Illuc praeuertamur: ac si dixisset, prius  
erat notandum, amatores decipere amicas, sed prepostere  
dicam id uiijs amicarum. Ait enim:

Illuc praeuertamur, amatorem quod amicæ

Turpia decipiunt cœcum uitia: aut etiam ipsa hæc

Delectant.

Titus Lius ab Urbe condita: Nec posse cum hostes pro-  
pree ad portas essent, bello praeuertisse quicquam.

Ibidem: Aegre impetratum à tribunis, ut bellum praeuerti  
sinerent.

Ibidem: Nec rem aliam praeuerti censem.

Idem de bello Punico: Aut morte uoluntaria, aut fuga prae-  
uertent metum suppliciorum.

Idem ab Urbe condita: Conati noui cōsules omnibus cam  
rem praeuerti.

Ibidem: Si Punicum Romano praeuertisset bellum.

Idem de bello Macedonico: Aliud in presentia, quod magis  
infaret, praeuertendum sibi esse duxit.

Ibidem: Praeuertendos animos à suspitione talium consilio-  
rum ratus.

**Ponere in lucro, & in lucris.**

Onere in lucro, modus hic loquendi tum dicebatur,  
cum

cum aliquid boni præter spem euenichat.  
Cicero pro L. Flacco: Qui escant igitur, & me hoc in lucro  
ponere, atq; aliud agere patientur.

**Paruo negotio. Nullo negotio.**

**P**aruo negotio, nullo negotio, modus loquendi illorum  
felicium temporum, id significat quod imperiti, par-  
uo labore, nullo labore dicunt.

Cic. Attico: Cato qui Siciliam tenere nullo negotio potuit.  
**Pro tempore, Pro re, Pro loco.**

**P**ro tempore, Pro re, Pro loco, significat quod incepit  
dicunt, Pro qualitate temporis, rei, loci. Modus sumi lo-  
quendi doctissimi illius seculi.

Cæsar in Comment. Confilium pro tempore & pro re ca-  
peret. Vergilius in Bucol. c. 15:

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus.

Sallustius in Iugur. Pro tempore benigne respondit.

Ibidem: Deinde ipse pro re ad loco paulatim procedere.

Cicer. Attico: Nam pro malis recte habebat.

Sallustius in Iugurthin. Quod singuli pro opibus, quisque  
quam plurimas uxores, denas alij, alij plures habeant.

**Deprecandi modus Per fortunas, Per  
caput, Per fidem, Per deos,  
Per homines.**

**P**er fortunas, per fidem, per deos, per homines, modus  
est deprecandi elegantissimus, à literatis celebratus, ab  
alij neglectus.

Plaut. in Menæch. Per ego uobis deos atq; homines dico.

Ibidem: Per ego te hæc genua obtestor.

Terentius: Per ego te deos oro, ne illi animum inducas.

Cicer. Attico: Per fortunas, quoniam Roma manus, pri-  
mum illud perfice.

Eidem:

Eidem: Subueni igitur per deos, idq; quam primum.

Eidem: Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas dum  
ades, quicquid prouideri potest, prouide.

Eidem: Sed propera per deos, scis quantum sit in tempor-  
ibus, quantum in celeritate.

Eidem: Per fortunas, & omnem tuam amorem, quo me es  
complexus, omnemq; tuam prudentiam, quam inherece in  
omni genere iudico singulari, confer te ad eam curam, ut  
de omni statu meo cogites.

Eidem: Ad que recuperanda per fortunas, incube ut facis.

Idem Tercnitie: Per fortunas etiam atq; etiam uide, ne pue-  
rum perditum perdamus.

Titus Livius de bello Punico: Per ego te, inquit, fili, que-  
cunque lura liberos iungunt parentibus, precor quæsos.

**Pars, Pro virili parte, Pro uirili.**

**P**ro mea parte, Pro sua parte, Pro rata parte, Pro por-  
tione: hic est idem dicendi modus, qui Pro virili parte,  
quandoq; absolute, Pro virili, quod meo iudicio à viritim  
descendit: ut sit Pro virili parte, id est, quod viritim diuisam  
aliquem contingere.

Cic. Metel. Cel. Atq; etiā ut ita fieret, pro mea parte adiui.

Idem in Verre: Precipue quod in ijs artibus pro mea par-  
te ueſſer, quarum ille princeps fuit.

Idem in Philipp. Tum me eius beneficio plusquam pro ui-  
rili parte obligatum puto.

Idem de Legitus: Ac post de eius heredibus aliquis ex-  
egisset pro sua parte.

Idem in Verrem: Est aliqua mea pars virilis, quod eius ci-  
uitatis sum.

Ouidius de Ponto:

Gaudia Cæsareæ mentis pro parte virili  
Sunt mea.

Cicer.

Cicero in Somnio Scipionis: Hic est, inquit, ille, qui inter alias coniunctis imparibus, sed tamen pro rata parte ratione disiunctis, impulsu et motu ipsorum orbium conficitur. Idem in Tuscula. Omnia ista perinde ut data sunt pro rata parte a uita longa aut brevia dicuntur.

Cæsar in Comment. Ageos ex suis possessionibus pollicetur quadraginta in singulos iugera, et pro rata parte centurionibus, euocatisqz.

Varro de Re rustica: Vi et lac pingue habent, et multum pro portione.

Ibidem: Remittendum in datione pro portione.

Ibidem: Et bubulci pro portione addendi.

Cato de Re rustica: Pro portione omnia ea facio.

Cicero de Oratore: Sed oportet ut adibus ac templis uectibula et aditus, sic causis principia pro portione rerum proponere.

Titus Livius ab Urbe condita: Nec impensa grauis est, cum plusquam pro virili parte sibi quinq; capere principium uiderint.

Ibidem: Illius gloria pars virilis apud omnes milites sit, sue uictoriae neminem socium esse.

Ibidem: Plus sibi quam pro virili parte annitendum esse.

Vitruvius: Præextinctiones ad alitudines theatrorum pro rata parte facienda uidentur.

P A R S etiam pro Officio, plurimum candoris habere solet.

Cicero de Oratore lib. 11. Sed tamen hoc cecidit mihi per opportuni, quod transactis iam meis partibus, ad Antonium audiendum uenisti.

**P**roxime, Proprius.  
Roxime, cum prepositio est, accusatiuo iuncta quan-

dog: reperitur: que ex ipsa sermoni Latino non paruam assert elegantiā. Idem fit de comparatiuo Proprius. Varro de Re rustica: Villici proxime ianuam cellam esse oportet.

Cicero Metello Celari: Tu ipse uelim iudices sati ne uideatur ijs omnibus rebus tuis aduentus, cum proxime Romanū uenisti, mutuo respondisse.

Idem Attico: Officium meum esse putau, quām proxime hostem esse.

Idem in Antonium: Operam det, ut cum suis copijs quām proxime Italianam sit.

Cassius Ciceroni: Sunt tibi M. Tulli liberi, propinquiqz digni quidem te, et merito tibi charissimi esse etiam debent in republica: proxime hos chari, qui studiorum tuorum sunt amuli.

Vitruvius: Quod non proxime calcem mali, quod est loco centri, sed in summo longius, et ab eo progressa recipiunt in se uela uentum.

Cæsar in Comment. Quod proprius Romanos accessisset.

Hirtius in Comment. Cum proprius hostem accessisset.

Titus Livius ab Urbe condita: Ut proprius Urbe Romam exercitum admoueret.

Ibidem: Castra proprius hostem mouit.

### Peruadere.

Pari candore, et proprie dulcedine quadam, et his loquendi modus confessus uidetur: cum Peruadere incendium per fata, Peruadere tempestas per uincta, Peruadere furor irati, aut crudelis alicuius per populos, ab illis Latinitatis conditoribus scriptum reperitur.

Cicero in Verrem: Quacunq; iter fecit, eiusmodi fuit, non ut legatus populi Romani, sed ut quedam calamitas per-

t uadare

uadcre uideretur.

Ibidem: Quantum incendium nō solum per agros, sed etiā per reliquias fortunas aratorum isto prætore peruerserit.  
Ibidem: Te tanquam aliquam calamitosam tempestatem, peste m̄q; peruersisse demonstro.

Ibidem: Locus intra Oceanum iam nullus est, neq; tam longinquus, neque tam reconditus, quod non per hæc tempora nostrorum hominum libido peruerserit.

Ibidem: Nec cum in Sicilia quidem fuit, eodem interullo pars eius belli in Italiam ultra peruersit.

Idem de Natura deorum: Contractiores habent introitum, ne quid in casu quod noceat, posset peruersare.

Cicer. pro lege Manili. Erat etiā alia grauis atq; ucheinēs opinio, que per animos gentium barbararum peruerserat.

Ibidem: Quo non illius diei fama peruerserit?

Titus Lucretius ab yrbe cōdīta: Pafim totam urbē peruerdit.

Ibidem: Murmur à tribunali totam concionem peruersit.

Idem de bello Punico: Cum paucor ac trepidatio totam urbēm peruersisset.

Idem ab Yrbe condita: Ut clamor urbēm peruaderet, gaudiūlauitum saluos redijisse.

Ibidem: Cum ea fama forum atq; urbēm peruersisset.

Idem de bello Macedonio: T error omnē oram maritimam peruersit.

Idem pro P. Sylla: Quas oras maxime quasi morbus quidam illius furoris peruerserat.

### Præterea.

**H**ec quoq; clausula Præterea, obseruatione præcipue digna uidetur: nā certo modo loquendi, non post multo: nū connumerata à perfectis illis autoribus ponitur, rerum etiam post singularē aliquam uel personam, uel rem.

Cicero

Cicero Seruiu Sulpitio: A' nte iero ita diligitur, ut tibi uni concedam, præterea nemini.

Idem in Philippica prima: Nihil tum nisi quod erat notum omnibus, in C. Cæsaris Commentarijs reperiēbatur, Num qui exiles restitutis unum diebat, præterea neminem.

Ouidius de Ponto:

In quibus, excepto quod adhuc utcunq; ualemus.

Nil me præterea quod iuuet inuenies.

Cicero pro lege Manilia: Eundem hunc unum ab hostibus metui, præterea neminem.

### Præscribo.

P Ræscribere, quod uerbū iurisperiti noīnulli pro certo temporis spatio capiunt: quod ubi præteriū res de qua controuersia sit, ultra agi non potest. Id tamen significatum etiā celebre apud eos est, Latinum tamen non esse cōstat. Præscribere cūm (ut infra patet) est id quod statuere, constituere, præcipere.

Terent. in Andria: Tute ijs rebus fine præscriptisti pater.

Cicero Torquato: Simus igitur ea mente, quam ratio & ueritas præscribit,

Idem Attico: Sed nihil præscribo, accurate uelim præscribas tuam ad me sententiam.

Idem: Vcri igitur, & age de pace: mo'ne inquam arbitratu: aut tibi, inquit, ego præscribam?

Idem pro L. Flacco: Plura etiam effundet, quām tu ci domi antē præscriperis.

Idem in Vatinii testē: At tibi iam inde præscribo, ne tuas

sordes cum clarissimorum virorum splendore permisceas.

Idē de Finib. bonor. & mal. Omnis autē in querēdo, que uia quadam ex ratione habetur oratio, præscribere pri-

mum debet, ut quibusdam in formulis carcer agatur.

t 2 Idem

Idem pro T. An Milone: Sin hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, et mos gentibus, feris natura ipsa prescriptis. Idem pro Aulo Cæcina: Vesta autoritate hoc constitetur, hoc prescribetur.

Idem in Tusculanis: Et si iniquum est prescribere mihi te, quicquamadmodum à me disputatione uelis.

Idem pro lege Manilia: Facile intellecti Quirites, & quid de me iudicareis, & quid alijs prescriberetis.

Idem de Officijs: Si hoc natura prescribit.

Cæsar in Commentarijs: Non ad alienum prescriptum, sed ad suum arbitrium imperare.

Ibidem: Si ipse populo Romano non prescriberet, quemadmodum iure suo uteretur.

Horatius in Sermonibus:

Quid faciam prescribe.

Asconius Pedianus: Non dixit à sua uoluntate, ne prescribat iudicibus sequendos esse Siculos.

Cicero pro Gni. Plancio: L. uero Apuleius hunc tanti facit, ut morem illum maiorum, qui prescribit, in parentum loco questoribus praetores esse oportere.

Iam pro Lucio Flacco: Cui si patre conseruabitis, qualis ipse debeat esse ciuis, prescribetis.

Idem pro Publio Sextio: Sed etiam memoria digna uti, reipublica capessendæ autoritatè disciplinamq; prescribere.

Idem in Catilinam: Et à L. Cassio esse prescriptum.

**Præire uerba, Præire uerbis uel uoce.**

**P**raire uerba, dicebant illi uerba Latinitatis principes, cum carmen aliquid canendum antequam uel se dus feriretur, aut execratio piaculi gratia per pontificem, uel sacrificulum, aut aliud magistratum fieret, magistratus primo pronunciabat. Vnde præire uerba, hoc est, intuire uerba

re uerba, uel præuenire dicebatur. Præire uerbis, & præire uoce, simpliciter erat uerbis aut uoce præfari, ut clarius ex inferioribus patebit.

Titus Luuius ab Urbe condita: Pontificem præire iussit uerba, quibus se legionesq; hostium deuoueret.

Ibidem: Coactus pontifex maximus uerba præire.

Ibidem: Agendum pontifex præi uerba, quibus me pro legionibus deuoueam;

Ibidem: Obscuratio itaq; à populo duumuiris præeuntibus facta.

Ibidem: Dictator, præeunte Aulo Cornelio pontifice maximo, ludos magnos, tumultus causa uenit.

Ibidem: Sunt qui M. Fabio Pont. max. præfante carmen,

deuouisse eos se p patria Quiribusq; Romanis tradat.

Idem de bello Macedonico: Præeuntibus execrabile carmen sacerdotibus.

Ibidem: Id uotum in hac uerba præeunte P. Licinio pontifice maximo, consul nuncupauit.

Plautus in Rudente: Præi uerbis quod uis.

Cicer. pro Tito Annio Milone: Qui hesterna etiam concione incitati sunt, ut uobis uoce præirent.

**Prodere memorie.**

**P**rodere memoria, modus est loquendi, significas quod vulgo Manifestare pro memoria seruanda & alijs inceptis modis dicitur.

Cicero pro leg. Manil. Quod iam nationibus exteris incredibile, ac falso memoria proditum uidebatur.

Idem pro Milone: Itaq; hoc iudices non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoria prodiderunt.

**Planum facere.**

**P**lanum facere, modus hic loquendi planus per se sat est: id

*est: id significat quod declarare, et rem difficultem aut di-  
biam soluere, et ante oculos uerbis explanare, et patefa-  
cere. Translatio enim à loco inæquali, qui cultu adhibito  
aut opera planus fit.*

*Cicero in Arte rhetorica: Si quis cum Orestem accuset,  
planum faciat, ab eo matrem esse occisam.*

*Ibidem: Illud docuimus, hoc planum fecimus.*

*Ibidem: Quidam amplius iudices desideratis, cum uobis  
hoc ex hoc planum factum sit?*

*Idem in Verrem: Hoc planum factum est.*

*Ibidem: Tabulis uobis ex testibus iudices planum faciam.*

*Ibidem: Cum præsertim planum facere multis testibus  
possum.*

*Ibidem: Vobis planum faciemus.*

*Ibidem: Cum planum fieret decumis cōtra instituta legis  
consuetudinemq; omnium.*

*Idem pro Rabirio Posthumo: In illo primo iudicio pla-  
num factum sit.*

*Idem pro Roscio Amerino: Quid si tandem planū facio?*

*Ibidem: Tamen cum planum iudicibus esset factum.*

*Ibidem: Quod ei planum facere possum.*

*Ibidem: Hic nisi planum facit sextertia quinquaginta tria  
ad libellam sibi deberi, causam perdit.*

*Ibidem: Quod planum facere non modo nō possis, uerum  
ne conceris quidem.*

*Cicero pro Cluentio: Multorum testimonijs planum fa-  
ctum est.*

*Ibidem: Quod planum fecerint illam ob rem iudicandam,  
pecuniam accepisse.*

*Ibidem: Quorum testimonijs planum factum est.*

*Idem pro Publio Quintio: Ut hoc tibi planū sit facienda.*

*Ibidem;*

*Ibidem: Id testibus pollicitus sum planum me facturum.*

*Idem pro Aulo Cæcina: Si planum facit.*

**Prīmoribus labris, primoribus  
digitis attingere.**

**P**rimoribus labris, Primoribus digitis attingere, sume-  
re: hoc modo loquendi id significatur, quod parum  
attingere, parum eam rem de qua dicitur, intelligere. Nam  
translatio est à prægustantibus cibum aliquem uel potum.  
Cicero in Oratore: Quæ isti rhetores ne primoribus qui-  
dem labris attigissent.

Plautus in Trinummo: Atq; etiam modò uersabatur mihi  
in labris primoribus.

Idem in Bacchidibus: Si hoc tu digitalis duobus sumbas  
primoribus.

**Pro se quisq; Vterq;.**

**C**onsiderandus et hic perelegans dicendi modus, Pro  
se quisq;, dum quandoq; pluribus, quandoq; singulis  
attribuitur: ut Pro se quisque diligenter curant, et Pro se  
quisq; diligenter curat: hoc est, Quisq; pro uirili curam ger-  
it. Idem fit de Vterq;.

*Titus Liuius ab Urbe condita: Vterq; transfixus duabus  
hærentes hastis, moribundi ex equis lapsi sunt.*

*Horatius:*

*Mihi magnis de rebus uterq;.*

*Cicero in Verrem: Tum pro se quisque quantum dicendo  
assequi poterat, docere me coepit.*

*Titus Liuius ab Urbe condita: Pro se quisq; scelus regum  
ac uim queruntur.*

*Ibidem: Pro se quisq; minaxiter tremunt.*

*Ibidem: Pro se quisq; in urbem ex agris demigrant.*

*Ibidem: Suas quisq; abirent domos.*

*t 4 Ibidem*

- Ibidem: Ad se qui quisq; omnia trahant.  
 Ibidem: In suas quisq; proficiscuntur provincias.  
 Ibidem: Ex gratitate loci in suas quisq; propinquas Vrbes dilapsi sunt.  
 Ibidem: Pro se quisq; nomina dabant.  
 Ibidem: Pro se quisque iam nec consilium sibi suppeteret diceret.  
 Idem de bello Macedonico: Pro se quisque armis abiectis diffugiunt.

**Pedibus ire, Pedibus consequi, Ad pedes desilire.**

**P**edibus ire, Pedibus consequi: primo modo significatur id, quod incruditus Pedes iter dicunt: Secundus facilitatem agendi quandam demonstrat, cum uel pedibus rem transfigere quis ostenditur. Ad pedes desilire, hoc est quod de equo descendere: Modus dicendi fere uulgari sermoni proximus.

Plautus in Sticho: *Quadrigas qui uehat, nam pedibus ire non queo.*

Cicero Fabio Gallo: *Sed tu pedibus es consecutus.*

Idem in Vatinium testem: *Cum illud iter Hispaniense pedibus ferè confici soleat, aut si quis nauigare uelit, certa sit ratio nauigandi.*

Cæsar in Commentarijs: *Vno omnino loco flumen pedibus atq; agre transiri potest.*

Ibidem: Tarracone discedit, pedibusq; Narbonam atq; inde Massiliam peruenit.

Ibidem: Consuetudine sua ad pedes desilierunt: suffosissq; equis, compluribusq; nostris uictis, reliquos in fugam concerunt.

Titus Linius ab Urbe condita: *Qui tum stipendia pedibus propter*

- propter paupertatem fecisset.  
 Idem de bello Punico: *Per Siciliam pedibus profectus, freto in Italianam tratecit.*  
 Ibidem: *Consultum, ut iij omnes pedibus mererent.*  
 Idem de bello Macedonic. *Qui proximis littori uadis induit, mare pedibus ingrediuntur.*  
 Ibidem: *Cum uident illas uichi per urbem, se pedibus sequi.*

**Participia nomina effecta.**

**E**s hic quoq; dicendi modus apud discretos illos viros maximo in pretio, quo nomina participia genitiuo iungebant.

Terentius in Phorm. *Herus liberalis, fugitans litium.*

Idem in Hecyr. *Nemo ad te uenit, nisi cupiens tui.*

Cicero pro P. Quintio: *Eques Romanus locuples, sui negotijs bene gerens.*

Idem Attic. Timeo, tam uehemens vir, tamq; acer in foro, & tam insuetus contumelie, ne omni animi impetu, dolori & inuidie pareat.

Ibidem: Itaq; ille noster amicus insolens infamie, semper in laude uerfatus.

Idem in oratione post reditum, qua gratias agit: *Consules modesti, legum metuentes.*

Cæsar in Comment. *Nemo erat adeo timidus, aut fugiens laboris.*

Ibidem: *A multitudine oppressus, ac sui desperans.*

Vergilius:

- *Observantissimus æqui.*

Idem in Bucolicis:

- *Lactis abundans.*

Idem in Georgicis:

- *Experiere colendo,*

*Et facilem pecori, & patientem uomeris uncis.*

*Horatius in Sermonibus:*

*-Contentus paruo, inctuensq; futuri.*

*Sallustius in Catil. Animus insolens malarum artium.*

*Idem:Alieni appetens, sui profus.*

*Idem in Iugurthino: Manu promptus, appetens glorie.*

*Ibidem:Quòd locorum scientes erant.*

*Ibidem:Et ob ea scientes belli.*

*Idem in Catilin. Laboris ac belli patiens.*

### Peius odiſſe, Peius timere.

*Peius odiſſe, peius timere & similia, modi loquendi illius temporis elegantissimi.*

*Plautus in Milite: Neque quenquam peius odiſſe, quam istum militem.*

*Cicero C. Mario: Oderam multo peius hunc, quam illum ipsum Clodium.*

*Idem in Antonium: Cum hoc ueteranus Capho, quo nomen ueterani peius oderunt.*

*Brutus Ciceroni: Neq; unquam exul esse possum, dum scriuire, & pati contumelias peius odo ro malis omnibus alijs.*

*Horatius in Epistolis:*

*-Cane peius & angue, Vitabit chlamydem.*

*Idem:Peiusq; leto flagitium timet.*

*Plautus in Mostell. Pulchrum ornatum turpes mores peius coeno collinunt.* *Ouidius de Arte:*

*Lumina Gorgoneo sauius angue micant.*

### Paganus, Miles.

**P**aganus ille erat, qui militiae cupiens erat, & illi cingi seu ascribi uolebat: Eo enim inter ualio, quo id quereret, & ad militiam aspirare tentabat. Paganus: mox militiam adeptus, Miles dicebatur. Vnde Persius uolens ostend

*ostendere se nondum poëtam esse, dixit:*

*Nec fonte labra prolui caballino,*

*Nec in bicipiti somnisasse Parnasso*

*Memini, recente ut sic poëta prodirem.*

*Sed arrogantiā uitans, subdit per translationem:*

*-Ipse semipaganus*

*Ad sacra uatum carmen affero nostrum.*

*Sed autoritates, quod diximus, melius ostendent.*

*Marcellus de pœnis, l. Quædam dolita pagano, aut nullam, aut leuiorē pœnam irrogant: militi uero grauiorem vel leuiorem.*

*Triphonius de peculio caſtrenſi, l. Hæreditate: Filius familiæ paganus de caſtrenſi peculio fecit teſtamentum.*

*Martianus de militari teſtamento, l. Tractabatur: Tractabant, an tale aliquid & in paganorum teſtamentis indulgendum eſſet: & placet non ſine diſtinzione id fieri.*

*Vlpianus de militari teſtamento, l. Idemq;: Ut eſt reſcriptum à diuo Pio, in eo qui dum eſſet paganus, fecit teſtamentum, mox militare cecepit.*

*Paulus de liberis & poſthumis, l. Filius familiæ: Miles ſimiliter ut paganus, nominatiū à patre aut hæres ſcribi, aut ex hæredari debet.*

*Scœuola ad legem Falcidiām, l. Miles: Si dum paganus erat, fecerit teſtamentum, militiæ tempore codicillos, lex Falcidia in codicillis locum non habet, in teſtamentum locum habebit.*

### Punctum, Momentum.

**P**unctum temporis, Punctum horæ, Momentū horæ, Mometū temporis, & ſimpliciter Mometū, pro cxi-guo ſpatio ponitur. Dicendi iij modi à ſitu reuocandi ſunt. Varro de Lingua Latina: Quòd animus ita eſt, ut puncto temporis

temporis perueret quō uult.

Cicero de Natura deorum: Vel innumerabiles potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire.

Ibidem: Consules summiū imperiū statim deponere, quam id tenere punctum temporis.

Idem in Verrem: Cum iste punctum temporis nullum uacuum peccato preterire passus sit.

Idem pro domo sua: Habitare late et magnifice uoluit, duasq; magnas ac nobiles domos coniungere eodem puncto temporis.

Idem in Philipp. 11. Hunc unum inquam hodiernum dīe, hoc punctum temporis quo loquor, defende si potes.

Idem in Vatinium testem: Exclusus miser puncto temporis.

Idem pro Cluentio: Neq; postea Larini punctum est temporis commoratus.

Idem in Tusculanis: Totumq; leue est, quodcunq; est: fit enim ad punctum temporis.

Idem de legibus: Quæ uno uersiculo senatus puncto temporis sublate sunt.

Idem in Catilinam: Puncto temporis frui uita, et communissiru non putat oportere.

Cesar in Comment. Ita multorum mensium labor, hostiū perfidia et uī tempestatis, puncto temporis interit.

Horatius: — Tanquam

Sit proprium quicquam, puncto quod mobilis horæ,  
Nunc prece, nunc pretio, nunc ui, nunc morte supra-

Permutet dominos, et cedat in altera iura. Idem:

— Quid enim concurritur horæ,

Momento,

Hircius in Comment. Ita puncto temporis omnibus legionijs ab hostiū equitatu circunuentis.

Ibidem

Ibidem: Atq; uno puncto temporis hostibus nullo negotio campo pulsis.

T. Liuius ab Urbe condita: Puncto saepe temporis maximarum rerum momenta uerti.

Ibidem: Momento temporis in aduersam incursando aciem.

Ibidem: Momento fusi.

Ibidem: Ut signum momento temporis acciperent.

Ibidem: Momento arx occupata est.

Ibidem: Momento horæ arsura omnia.

Ibidem: Illo momento horæ.

Ibidem: Momento temporis.

Ibidem: Horæ momento.

Ibidem: Momento unius horæ.

Idem de bello Macedonico: Versa momento temporis fortuna pugnæ est.

Ibidem: Momento enim ad inanem locum peruererunt.

Sed uidere licet momentū in alio significato, iuxta modum quo multi dicunt, Res parui momēti, magni momēti.

T. Liuius ab Urbe condita: Rege superato, nullum momētum in solis per se Gallorum copijs fore.

Prīmæ, Prīmas ferre, deferre, tenere.

**P**rimas ferre, Primas deferre, Primas tenere, iuteres dicebant: subintelliguntur tamen partes. Sed is loquendi modus erat, qui postea non solum omisssus, uerumctiam una cum alijs bonus prope ignoratus est.

Cicero in Bruto: Cotta et Sulpitius cum uestro iudicio, tum omnium facile primas tulerunt.

Idem in Orat. Cui prima sine controversia deferebatur.

Idem Attico: Amoris uero ergo me cum à fraterno amore domesticoq; discessi, tibi primas defero.

Idem de natura deorum: Ad quem tum Epicurei primas ex ueste

*ex uestris hominibus deferabant.*

*Idem in Bruto: Et si utriq; primas, priores tamen deferunt Lælio.*

*Idem in Oratore: Nam quis unquam dubitauit, quin in re-publica nostra primas eloquentia tenuerit semper urbanis pacatisq; rebus, secundas iuris scientias?*

*Sed hoc quoq; obseruandum est, ut cum Primas deferre dicebant, significabant, primas partes alicui concedere: cum uero Ferruc primas ponebant, id significabatur, quod illum primas secum portare. Horatius eadem modo loquendi, eodemq; significato quoad uerbum Fero, dixit.*

*Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.*

### Profliteri.

**P**rofliteri, occultiore dicendi modo apud antiquos id significat, quod uulgo dicitur, Assignare quantum numerum uini, olci, frumenti, iugerum, pecunia, sive aliarum rerum quilibet habeat.

*Cicero pro lege Agraria: In posterum uero lex haec imperatoribus nostris constitutatur, ut quicunq; de provincia decresserit, apud eosdem decemuiros quantum habeat preda, manubiarum, auri coronarij, profiteatur.*

*Idem in Verrem: Edixerat, ut aratores iugera sationum suarum profiterentur.*

*Ibidem: Non quo iugerum numerum uerc profiteri esset difficile, aut amplius etiam profiteri, sed quod ex editio professus non esset.*

*Ibidem: Ecce ut decumanus Nymphonem vocaret ex edito illo praelato, quod nullam ad aliam rem, nisi ad huius modi questus pertinebat, numerum iugerum professum non esse. Et subdit: Verres in Xenonem iudicium dabat il lud suum damnatorium de iugerum professione.*

*Idem*

*Idem Tironi: Tu uero confice professionem, si potes: et si haec pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat.*

*Idem in Verrem: Si patret, iugera eiusmodi fundi esse plus quam colonus esset professus.*

*Sallustius in Catil. Post paulo Catilina pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat consulatum petere, quia intra legitimos dies profiteri nequierat.*

*Vlpianus de censibus, l. Forma: Si uero quis agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet, in qua ager est.*

*Idem, ubi pupillus, l. Ius alimentorum: Prius tamen exigere debet, ut profitetur autor, quae sit penes se summa, et communari grauiores se ei usus infligi eius, quod supra professionem apud eum fuerit comprehensum.*

*T. Liuius ab Urbe condita: Profiteri cogendo frumentum, et uendere quod usu mendacio superesset.*

*Ibidem: Primo expectauerant, ut qui se dignos tanto imperio crederent, nomina profiterentur.*

*Idem de bello Macedonicu: Ut qui socij ciuibus Romanis credidissent, pecunias profiterentur.*

*Ibidem: Postquam professionibus detecta est magnitudo eris alieni.*

### Perscribere, Perscriptiones, Perscriptor.

**P**erscribere reconditum habet sensum certo modo loquendi, qui à paucis obseruatus est: in bonis autoribus elegantissime positus id significat, quod in rationibus, aut in tabulis accepti et expensi scripto aliiquid notare: unde que ita notabantur, Perscriptiones dictae sunt: qui uero ea notabat, Perscriptor.

*Cicero pro Roscio Comedo: Ego'ne hanc manum plenam*

nam perfidiae, & hos digitos meos impellere potuit, ut falsum perscriberem nomen?

Ibidem: Acquie enim tabulae condemnatur eius qui uerum non retulit, & eius qui falsum perscrispit.

Ibidem: Suum codicem testis loco recitare, arrogatio est: suarum perscriptionum, & liturarum aduersaria proferre, non amentiae est.

Idem in Philipp. v. Illa uero dissipatio pecunie publice ferenda, nullo modo est, per quam septies milles falsis perscriptionibus donationibusque uertit.

Idem in Verreri: Scribam tuum dicit Verres huius perscriptorum scenerationis fuisse.

**Quid illi fiet, &c.**

**Q**uid illi fiet? Quid illi faciam? Quid illi factum est? modi sunt loquendi elegantiissimi, & a paucis obseruati. Id enim significant, quod nonnulli aliquid admirantes uel accepta aliqua calamitate aut iactura, inepte dicunt: Quid de illo fiet? quid de illo faciat? quid de illo factum est?

Plautus in Mercatore: Sed quid nunc illi fiet? Idem in Mostellaria: Quid mihi fiet tertio, quis solus facio facinora immortalia?

Idem in Bacchidibus: Quid mihi fiet postea?

Ciceru Trebatio: Quid porro fiet populo Ylubrano?

Idem Terentia: Et si nos premet eadem fortuna, quid pueri misero fiet?

Idem Attico: Sed quid ijs fiet, si hic Paulus uenerit?

Eidem: Quid illi fiet quem reliquos?

Idem in Rullum: Quero si qui uolunt uendere, non fuerint, quid pecunia fiet?

Idem in Verré: Occurrebat illi ratio, quid Cleomeni fiet?

Idem in Academicis questionibus: Si comprehensio percepio-

ceptioq; nulla sit, quid fiet artibus?

Tibullus: Castra Macer sequitur, tenero quid fiet amoris?

Ouidius de Arte amandi:

Perfidus ille absens, quid mihi fiet, ait.

Quid mihi fiet, ait, sonuerunt cymbala toto  
Littore.

Plautus in Mercatore: Nescit quid faciat auro?

Terentius in Hecyra: Sed quid faciemus puero?

Ciceru in Academicis questionibus: Quid crim faceret  
huic conclusioni? Si lucet, lucet igitur, lucet autem.

Ibidem Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui?

Idem de Nat. deorum: Quid Ioui facies? quid Vulcano?

Ibidem: Species arcus Thaumante dicitur nata, cuius si diuina natura est, quid facies nubibus?

Cato de Re rustica sine interrogatione posuit, sed fere idem est modus loquendi: Si ante, inquit, non deportauerit dominus, uino quod uoleat faciet.

Plautus in Casina: Tuo quid factum sit pallio?

**Quid faceret aliud?**

**Q**uid faceret aliud? Modus est dicendi, quo inepte dicunt, Quid poterat aliud facere?

Ciceru de Oratore: Valerius quotidie cantabat, erat enim scenicus, quid faceret aliud?

**Quotus.**

**L**icit super relatio Quotus, multi uaria senserint: quo tamen apertius uis verbi intelligatur, uolui pro more quam plurimas autoritates concrere. Videtur enim mihi Quotus quandoq; simpliciter interrogare, & numerum petere ut, Quota hora est? Dic, quotus esse uelis? quotus erit iste denarius? Et quandoque sine interrogatione: ut, Quota pars ex eo deducetur, ea pars tibi sit profutura.

**Quandoq;**

Quādoq; quota pars significat minimum partem: ut, Pars quota laudis erat, quota portio fecis Achiae. Quandoq; quotus iungitur cum Quisq; , & tum etiam interrogatur, Quotusquisq; bonus est? Quotusquisq; est qui teneat artem numerorum quasi dicat, nullus, aut rarus. Infrā scripte autoritates, plane omnia demonstrabunt.

Cicero in Verrem: Quotus erit iste denarius, qui non sit deferendus?

Horatius:

Hora quota est?

Idem:

Tu quotus esse uelis, rescribe.

Idem:

Scire uelim, chartis pretium quotus arroget annus.

Caius de interrogatorijs actionibus, l. Qui interrogatur an haeres sit, uel quota ex parte sit.

Idem codem titulo, lege: Si defensor in iudicio interrogatus, an is quem defendit haeres, uel quota ex parte sit?

Paulus ad legem Falcidiam, l. Plautius: Rationem legis Fal- cidiæ habendam, & quota pars ex eo decideret, eam par- tem in fundo legato inutilem futuram.

Ouidius de Ponto:

Qui quota terroris pars solct esse mei.

Idem ad Corinnam:

Ex tot in Atridis pars quota laudis erat.

Quotusquisque.

Varro de lingua Latina: Quotusquisque iam seruos habet priscis nominibus? quæ mulier suum instrumentum uestis atq; auri ueteribus uocabulis non inducit?

Cicero de Finibus: Quis est enim, aut quotusquisque, cui mors cum appropinquet, non refugiat timido sanguis atq; exalbefacat metu?

Idem in Tusculanis: Quotus enim quisq; philosophorum inueniatur, qui sit ita moratus?

Idem

Idem de Divinatione: Quota enim queque res evenit p̄ae dicta ab istis?

Idem de Oratore: Quotus enim quisque est, qui teneat ar- tem numerorum atque modorum?

Idem pro L. Flacco: Quotus enim quisque est, qui hanc in rem publ. sectam sequatur?

Idē pro Marco Ccelio: Quotusquisq; istam effugere potest?

Idem pro P. Sextio: Quotusquisque inuenietur tanta vir- tute uir?

Quatenus, Hactenus, Eatenus.

**Q**uatenus particula, licet nonnulli discrimen faciant cum per e, & cum per i, scribitur ita tamen scriptio ne confusa est, ut internosci non facile sit. Eius tamen signi- ficatum, & dicendi modum, quo celebrata reperitur, subde- re non omittam. Est enim meo iudicio, quod Vsq; ad quem finem uel terminum. Interdum significat quantum.

Cicero in Oratore: Itaque soli ij, qui sciunt quid, & quatenus, & quomodo dicturi sunt.

Idem: Sed querimus idem, quod in ceteris rebus maxime querendum est, quatenus.

Idem: In omnibus rebus uidendum est, quatenus: Et si enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum.

Idem in Oratore libro secundo: Quatenus haec sunt ridicu- la tractanda Oratori, perquam diligenter uidendum est.

Idem in Tusculanis: Magna culpa Pelopis, qui non eru- dierit filium, nec docuerit, quatenus esset quodquæ cu- randum.

Idem in Antonium: Quibus auspicijs istos fasces augur acciperem? quatenus haberem? cui tradicerem?

Idem in Academicis: Rerum natura nullam nobis de-

dit  
u 2 dit

dit cognitionem finium, ut illa in re statuere possumus, quatenus.

Idem de Officijs: Animaduertendum est etiam, quatenus sermo delectationem habeat: & ut incipiendi ratio fuerit, ita sit definiendi modus.

Ibidem: Vulgus quid absit à perfecto, sere nō ex toto inteligit: quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum. Ibidem: Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias: leges, quatenus manu tenere res possint: philosophi, quatenus ratione & intelligentia.

Idem de Amicitia: Quā nobrem id primum videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progreedi debeat.

Ibidem: Est enim quatenus amicitiae dari uenia posset.

Idem P. Lentulo: Postulatum est, ut Bibuli sententia diuidetur, quatenus de religione dicebat.

Horatius:

*Iubeas miserum esse libenter,*

Quatenus id facit.

Vlpianus de magistratibus, l. In ordinem: Videamus et quatenus teneatur. & subdit: An et quatenus in patri eius actio danda sit, queritur.

Vitruvius: In nauibus remi cum sint in aqua directi, tamen oculis infra dicti uidentur: & quatenus eorum partes tangunt summam planitatem liquoris, apparent uti sunt, directi.

Titius Linius ab Urbe condita: Italie, nisi quatenus nullum castrorum cingit, nihil relinquenteris Poeno.

Ibidem: Ut quatenus iuto possent, Italiam spectatum irent.

Hactenus particula, post se vt, plerumq; apud bonos autores trahit.

Idem de Diuinatione: Et si video eo tum Stoicum esse cognatum, qui hactenus aliquid egit, ut earum rationem rerū explic

explicare: que mari, coelo ue fierent: illa uero cur euenerint, quis probabiliter dixerit?

Celsus de usufructu, lege: Hactenus tamen, ut sancta tecta habeat: si qua tamen uetus state corruerint: neutrum cogi reficeret.

Eatenus, quandoq; post se vt, quandoq; Quoad, quandoq; Hactenus trahit: significat enim tandem, uel usq; ad id. Cicero de optimo genere Oratorum: Verba prosequens eatenus, ut non abhorreant à more nostro.

Idem ad Quintum fratrem: Quorum si quis forte esset sor didior, ferres eatenus, quoad per se negligeret eas leges, quibus est astricatus, non ut ea potestate, quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæstum utercentur.

Idem in Academicis: Sed hoc ciuile quod uocant, eatenus quoad populo præstare uoluerunt.

Quandoq; Eatenus quatenus, & Hactenus quatenus dicitur.

Caius de Institutoria actione: Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus est.

Vlpianus de in rem uerso, l. Si pro patre: Si domini debitor si seruus, & ab alio mutuatus ei soluerit, hactenus non uertit, quatenus domino debet.

Quod sine molestia tua fiat, Quod sine in commodo tuo fiat, Quod sciam,

Quod pace tua fiat, Quod  
inter nos liceat dicere.

Quod sine molestia tua fiat, Quod sine incommmodo tuo fiat, Quod sciam, Quod pace tua fiat, Quod inter nos liceat dicere, & huiusmodi loquendi modi, orationem Latinam candidam & luculentam efficiunt, quos modos qui obscurare, & in scriptis usurpare negle-

xerunt, non iniuria illiterati, ac propè infantes iudicantur.  
Plautus in Menechmis: Non ædcpol ego te (quod sciam)  
unquam ante hunc diem uidi.

Ibidem: Dic mihi tu, unquam intestina tibi crepant, quod  
sentias?

Terentius in Eunicho: Pace quod fiat tua.

Idem in Adelphis: Non equidem istas, quod sciam.

Cicero Seruio Sulpitio: Quare pergratum nubi feceris, si  
eum in amicitiam tuam receperis: atque eum (quod absque  
molestia fiat) si qua in re opus ei fuerit, iuuferis.

Eidem: Quare uelim, quicquid habent negotij, des ope-  
ram, quòd commido tuo fiat, ut te obtinente Achiam,  
conficiant.

Idem Terentiae: Tu uelim (quod cum commido ualeitudi-  
nis tue fiat) quam longissime poteris, obuiam nobis pro-  
perces.

Idem Attico: Et uelim cures epistolam quam ad cum mis-  
reddendam, et ipse (quod commido tua fiat) colloquere.

Eidem: Serapionis librum ad me misisti, ex quo quidem  
ego (quòd inter nos liceat dicere) nullisimam partem uix  
intelligo.

Idem Lentulo: Decernit ut regem deducas, quòd commo-  
de rem facere posis.

Varro de Re rustica: Neque explicata tota separatim  
(quod sciam) ab ullo.

### Quāpridem, Quāndudum.

**N**emo, nisi fallor, nemo inquam modum cum plenè aut  
rectè obseruat, quo admirandi illi ueteres uteban-  
tur, rogandi scilicet: Quāpridem, Quāndudum uenit  
ille? Quem loquendi modum latinissimum plerique igno-  
rantes, Quāndiu est quod uenit, aut Quāndiu est ex quo  
uenit

uenit, uel Quāntum tempus est, incep̄tissime dicunt.

Plautus in Sticho: Quāmpridem non edisti?

Terentius in Eunicho: Querit, quāmpridem pater mīhi  
et mater mortui essent: dico, iam diu.

Cicero pro Rabirio perduccione: Quero, quāmpridem  
hoc nomen Fanni in aduersaria retulisti?

### Quāndudum.

Plautus in Sticho: Quāndudum in portum huic uenit? Re-  
spondetur, longissime.

Idem in Trinumo: Quāndudum isthuc, aut ubi actum est?

Idem in Asinaria: Quāndudum tu aduenisti?

Idem in Mercatore: Quāndudum dixeras te odisse aequa  
atq; angues?

Terentius in Eunicho: Venit, quāndudum? Respondetur,  
modò.

### Quām mox.

Plautus in Sticho: Quām mox cocta est coena? impransus  
ego sum.

Idem in Mostellaria: Quid nunc? quām mox? et hic inter-  
rogantis.

Idem in Asinaria: Quām mox mihi operam das?

Quādoq; cum non in errōgat, significat id quod quām  
cito, aut statim: ut, Quām mox erit cocta coena: id est, cito,  
uel statim erit cocta coena.

Idem in Bacchid bus: Quām mox nauigo in Ephesum, ut  
aurum reperiam à Theotimo domum, fases?

Ibidem: Quām mox dico, dabo.

Terentius in Adelphis: Hera, ego hinc ad hos prouisam,  
quām mox virginem accersant.

Cicero pro Roscio Comœdo: Expecto quām mox Chæ-  
rea hac oratione utatur. Hoc loco multi incep̄te dicunt:

expecto quanto tempore, uel quandiu hac oratione utatur.  
T.Liuius ab Vrb.cond. Intēti quām mox signum daretur.

**Quid quōd.**

**Q**uid quōd, cū simul iunguntur, mirificam Latinitati uenustatem pariunt. Modus enim est dicendi, cū quis interrogatur uerbi gratia: Quid quōd me etiam occidere uult? Multi inepte dicit, quid tibi uidetur? uel quid dicas, etiam me occidere uult? Sed subiectae autoritates id me lius ostendent.

Cicero in Academicis questionibus: Quid quōd eadem illa ars quasi Penelopes tela texens, tollit ad extremum superiora.

Idem de Officijs: Quid quōd Thescus exegit promissum à Neptuno?

Idem de Senectute: Quid quōd sapientissimus quisq; animo equissimo moritur?

Idem pro lege Manilia: Quid quōd salus solus socrorum summum in periculum ac discrimen uocatur?

Idem ad Pontifices: Quid quōd in meo redditu spes otij et concordiae sita uidebatur?

Idem de Natura deorum: Quid quōd earum rerum quae nunquam omnino fuerunt, nec esse potuerunt, ut Scylla, ut Chimeræ: quid quōd hominum, locorum, urbium earum quas nunquam uidimus: quid quōd simul ac nūbi collibitum est, p̄r̄st̄o est imago? Quid quōd etiam ad dormientem ueniunt inuocatæ?

Idem Attico: Quid quōd senatus eos noluit p̄raesse priuicijs?

Ibidem: Quid quōd tecum nunquam essem sine cura?

Idem pro Cuentio: quid quōd Sihalemus est condemnatus?

Idem

Idem de Diuinatione: Quid quae à physicis & dialecticis tractantur?

Idem in Catilinam: Quid quōd ab aduentu suo ista subcellia uacua facta sunt?

Idem in Antonium: Quid quōd cum collega tuit, quem ipse fecit sua nunciatione uitiosum?

Idem Quinto Ciceroni fratri: Quid quōd eodem tempore desidero filiam?

Idem de Oratore: Quid quōd dixisti, inquit, Crasse, si hic hodie apud te maneremus, te morem nobis esse gesturum?

Horatius:

Quid quōd libelli Stoici inter sericos iacere puluillos Amanti?

Ouidius de Ponto:

Quid quōd ut emeritis, referenda est gratia semper?

Idem in Epistolis:

Quid quōd auus nobis idem Peleopius Atreus?

Quæ malum.

Ed quis sine placulo prætereat cnatum hunc quoque

In ipsa urbe Latinitatis parente & altrice, tam bellum dicendi modum? Cum enim quem arguere aut castigare uolebant, sic ponebant: Quæ malum ista tua dicacitas est?

Qui malum isti Athenienses? Sed clarius infra, & propriæ magis uidebitur.

Plaut. in Menah. Quæ malum hæc impudentia est?

Ibidem: Ego ne te iuſſi coquere? Respondetur: Certo tibi & parasito tuo. Respondet, Cui malum parasito?

Idem in Aulularia: Quid tu malum curas, utrum crudum, an ego coctum edam?

Idem in Mercatore: Qui malum ego nugor, si tibi quod me rogas, respondos?

H 3

Idem

- Idem in Bacchidibus: *Qui malum facile?*  
 Terentius in Eunicho: *Qui malum alijs*  
 Cicero in Verrem: *Quae malum est ista tua audacia, atq; amentia?*  
*Ibidem: Quae malum ista fuit amentia?*  
 Idem Attico: *Qui malum isti Pedentisse?*  
 Idem in Philip. *Quae malum ista uoluntaria seruitus est?*  
*Ibidem: Quae malum est ista ratio, semper optimis causis ueteranorum nomen opponere?*  
 Titus Livius ab Urbe condita: *Quae malum ratio experitis alia experiri?*

**Quamobrem, Cur, Quapropter, Quare.**  
**Q**uamobrem, Cur, Quapropter, Quare, ijs aducerebjs quanta inest dicendi gratia? quanta uenustas eo modo loquendi, quo perfecti illi ueteres usi sunt, post quos nemo fere elegantiam illam & purum dicendi modum seruauit. Nam quis est, qui no ita post illos loquatur? Aliquam causam queris, propter quam, aut ob quam me domo extrudas. Antiqui uero illi: Aliquam causam queris, quamobrem me domo extrudas, aut cur me domo extrudas, dicebant. Et ubi dicitur a p! crisiq; ineptissime, *Quid est quod me uidere non potes?* Antiqui dicebant: *Quid est quamobrem me uidere non potes?* aut *quid est cur me uidere non potes?* uel *quid est quare me uidere non potes?* Quid obseruandum maxime censeo. *Quare pro more exēpla aliqua subiçimus.*

Terentius in Eunicho: *Aliquam causam querebat senex, quamobrem insigne aliquid faceret.*  
 Idem in codicem: *Multe sunt cause quamobrem cupio.*  
 Idem in Adelphis: *Nihil reperio quamobrem laudet tanto per Hegio mecum officium.*

Hic locus ali-  
quanto aliter  
habetur in  
Terentio.

Cicero

Cicero Appio Pulchro: *Multa milbi ueniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore.*

Idem pro Aulo Cecinna: *Deinde nihil rationis affers, quamobrem, si libertas adimi nullo modo posbit, ciuitas posbit.*

Idem pro M. Caelio: *Quae fuit enim causa, quamobrem uenenum isti mulieri uellet dare Caelius?*

Idem pro Sexto Roscio Amerino: *Si uel minima pars repertetur, quamobrem uideantur illi nonnihil tamen in defendo nomine securi.*

Idem pro Sylla: *Quid enim est quamobrem ad te Quinte Hortensi factum clarissimi atq; ornatisimi uiri non reprehendatur, reprehendatur mecum?*

Idem pro Cornelio Balbo: *Quid est quamobrem cui Guditano in hanc ciuitatem uenire non licet?*

Idem pro Cluentio: *Nihil excogitem, quamobrem Oppianico damnari necesse sit.*

Ibidem: *Quid est quamobrem quisque nostrum censorias subscriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet esse oportere?*

Idem in Verrem: *Quae mulier digna, quamobrem iste diuisius Lampaci commoraretur?*

Ibidem: *Nulla res est, quamobrem ego istum nolim ex paternis probris ac uitis emergere.*

Ibidem: *Neque adhuc causam ullam excogitare potui, quamobrem commiserit.*

Ibidem: *Quid est quamobrem putas te tuam culpam non modo deriuare in aliquem, sed communicare cum aliquo posse?*

Ibidem: *Quid tandem habuit argumēti, aut rationis res, quamobrem*

obrem in eo potissimum Stenianum præmium poneretur;  
Ibidem: Multa signa dederat, quamobrem quibus responsus non uidetur, mentio de lege nulla fiebat.

Ibidem: Quod si ab Apollonio aliquid commissum esset, quamobrem iure in eum animaduiceretur.

Idem de Finibus bonorum et malorum: Satis argumenti esse uidetur, quamobrem illa quæ natura prima sunt ascita: natura prima diligamus.

Alphænus, locati et conducti, lege habitatores: Ea conditio ne habitatorem esse, ut si quid aduersarium incidisset, quamobrem dominum aliquid demoliri oporteret, aliquam partem parvulam incommodi sustineret.

### Cur.

Cicero pro M. Celio: An nobis aliam causam esse ullam putatis, cur in tantis præmijs eloquentiae, tanta uoluptate dicendi, tanta laude, tanta gratia, tanto honore, tam sunt pauci, semperque fuerint, qui in hoc labore uersentur?

Idem pro Cluentio: Quid est Quinte Naso, cur tu in hoc loco sexto sedeas?

Ibidem: Quæ causa Habito fuerit, cur interficere Oppanicum uellet?

Idem pro Sexto Roscio Amerino: Quod si tibi nulla causa est, cur hunc miserum tanta calamitate affici uelis?

Idem Attico: Sed erant cause, cur hoc tempore istic esse nolle.

Idem pro Roscio Comedo: Non fuit causa, cur tantum laborem caperes, et ad me uenires.

Alphænus locati et conducti, lege, Habitatores: Si iusta causa fuisset, cur periculum timeret?

### Catullus:

Nam quid feci ego, quid uerum locutus,

Cur me tot male proderes poëtis?

### Quapropter.

Plautus in Bacchidibus: Sed quid est quapropter nobis malum minitemini?

### Qua causa.

Plautus in Menæmhis: Quid de te merui, qua me causa perdecres?

Cicero pro lege Manilia: Satis mihi multa uerba fecisse uideor, quare hoc bellum esset genere necessarium.

Asconius Pædianus, qui tametsi sub Augusto Cæsare floruit, bonaq; multa atq; elegantia scripsit, sicuti libello, siue potius fragmento, quod ante hos annos repertum est, colligi potest, multa fluit ac secat barbarie, quam tamen barbariem, non ab illo certe, qui bono etiam tunc tempore eruditius est, prouenire puto: sed potius ab aliquo insulso atq; ineleganti grammatico, qui interpretis uice functus, incpta multa conseruit, que postea una cum bonis autoris uerbis descripta sunt: is, inquam, Asconius: Magnopere, inquit, me haesitare cooptor, quid sit quare Cicero Placentiam municipium esse dicat. Quid sit quare, dixit, quod eleganter posuit, et modo illorum ueterum usus est.

Gn. Pompeius L. Domitio: Miror quid cause fuerit, quare consilium mutaris.

### Residere, Subsidere, Desidere,

**M**axime ab Stursum haec tenus (ut arbitror) quid significet Residere, Subsidere, Desidere. Quod cum ex multa variis lectione deprehendissim, nihil aliud esse Terram desidere, nisi cum terra magnis imbribus, uel ignota alia causa biatum faceret ita ut terra deorsum descendaret, uel subtraheretur. Quæ res melius ex subiectis autoritatibus colligetur.

Cicero de Officiis: Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui cum terra desedisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit.

Idem de Diuinat. Delata etiam ad senatum labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra desedisset. Ibidem: Ut multa oppida corruerint, multis locis labes factae sit, terraeq; desiderint.

Titus uero Liuius idem dixit de bello Macedonico: Terra (inquit) Velitis trium iugorum spatio cavae ingenti desiderat. Non tamen dicendi modum seruauit, mutato fere & obsolescente iam bono dicendi modo, cum dixit ab Urbe condita: Arpini terra campestri in agro in ingentem sinum confedit.

Ibidem: In Veliterno agro terra ingentibus cavaeis confedit, arboresq; in profundum haustæ. Cōsedit igitur dicit, pro Desedit: cum Considerare sit simul sedere.

Vergilius:

Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba.

Varro de Re rust. Quid inane natat, plenum desidet.

Ibidem: Vbi stramentum desedit in aperto loco palam, à quo nominata potest esse palea.

R E S I D E R E , est paulatim deorsum inclinare, Plantus in Captiuis: Itaq; uenter gutturq; resident.

Horatius:

Nostrisq; ductum seditionibus

Bellum, resedit protinus. Idem:

Iamiam residunt cruribus asperæ pelles.

Ex epistola Sabini pro Helena:

Flamma recens parua sparsa resedit aqua.

S V B S I D E R E , est ferè idem quod residere: sed considerantibus aliquod discrimen omnino occurrit, quod melius

melius uidetur, quam demonstretur.

Vergilius in quinto Aeneidos:

Subsidunt undæ, tumidumq; sub axe tonanti

Sternitur æquor aquis. Ouidius de Fastis:

Quod simul emersum est, fragor æthera terruit ipsum, \*emersum  
Ictusq; subsidit pondere molis humus.

Ibidem:

Iam leuis obliqua subsidit Aquarius urna.

Ibidem:

Pondere terra suo subsidit, & æquora traxit,

Idem in Metamorphosi:

Influxit & extendi campos, subsidere valles.

Ibidem:

Flumina subsidit, collesq; exire uidentur.

Ibidem:

-Paulum subsidit, & infra

Quam solet esse, fuit.

Idem in Ibin:

Sic tua subsidens deuort ossa canis.

Idem ad Corinnam:

At uos, quæ ueniet, tumidi subsidite montes.

Paulus de damno infecto, lego, Atheniensis: Si uitio loci pars aliqua loci subsidet.

T.Li. ab Urbe cond. Subsidunt Hispani aduersus emissæ te la ab hoste, inde ad emitte nda ipsi consurgunt.

Hircius in Commentarijs: Aqua que paulatim spatio temporis liquefuit ac subsidet.

Quisquam.

**Q**uisquam quantum distet ab Aliquo, à Quoquam, à Quocunque, à Quolibet, à Quopiam: ex ijs que infra adduxi, melius cognoscetur. Interrogat enim ferè semper

semper, et cum indignatione requirit.

Cicerio pro Caelentio: Est quisquam qui cum hoc cognoverit, suspicari posset Oppianicum iudicio oppressum, et circumuentum esse innocentem?

Idem in Verrem: In eiusmodi re quisquam tam impudens reperietur, qui ad alienam causam inuitis ijs, quorum negotium est, accedere aut aspirare audeat?

Ibidem: Num aut in uilitate numnum arator quisquam dedidit? aut in caritate de estimatione frumenti questus est?

Ibidem: Quid enim quisquam ad meam pecuniam, me in uito aspiret?

Idem pro lege Manili. Et quisquam dubitabit, quid uirtute prefecturus sit, qui tantum autoritate profecerit?

Ibidem: Et quisquam dubitauit, quin hoc tantum bellum transmittendum sit?

Idem pro domo sua: Hanc deam quisquam uiolare audeat?

Idem in Philipp. Ab hoc igitur quisquam bellum timeat?

Vergilius:

—Et quisquam numen Iunonis adoret?

Quà itineris, Quà de Bruto.

**Q**uà itineris, quà de Bruto, modus est dicendi, quo inepte dicunt: Ea parte qua itineris, uel, de Bruto mentio fit.

Cic. Attico: At quàm honesta, quàm expedita tua confilia, quàm euigilata tuis cogitationibus, quàm itineris, quàm navigationis, quàm congressus, sermonisq; cum Cæsare.

Eidem: Cum video te distentissimum esse, quàm de Butrotis, quàm de Bruto.

Quàm plurimus, pro quanto magis, &c.

Descendus est et hic loquendi modus, quo Cato et alij ueteres usi sunt. Idem enim de Re rustica: Quàm

plus

plurimam brasicam ederit, tam citissimum sanus fiet. illitterati uero hunc quoq; dicendi morem non curantes, dicunt: Quanto plus, aut quanto magis ederis ex brasica, tanto citius sanus fies.

Quàm citissimè, tam maxime.

ET hic modus alter, non ineleganter superior, non est  
prætereundus.

Idem Cato: Quàm citissimè conficies, tam maxime expediet.

Ibid. Quàm acerbissima olea erit, tam oleum optimū erit.

Quod te oro.

**M**odus est etiam Romani candoris plenus in particula Quod. Cum enim aliquid timentes narrabant, ac deinde ne quid tale eueniret, obsecrabant. Quod te oro dicebant: quod perinde est quasi, Quare te oro.

Terentius in Hecyra: Male metuo, ne Philumena magis morbus aggrauescat: quod te Aesculapi, et te Salus, ne quid huius sit, oro. Horatius in Epist.

—Pol me miserum patrone uocares.

Si uelles, inquit, uerum mihi dicere nonen,

Quod te per genium, dextramq; deosq; penates

Obsecro et obtestor, uite me redde priori.

Renuntiare.

**Q**uàm diuersum est, quod in bonis autoribus legimus in uerbo Renuntio, ab eo sensu qui passim uulgo celebratur: Est enim Renuntiare legationem, idem quod, referre quid in legatione gestum sit.

Cicerio in Philipp. Cum enim legati renuntiauerint, quod certe renuntiabunt, non in uesta potestate, non in senatus esse Antonium.

Ibidem: Nec uero dubito, quin si ille vir renuntiare legationem

x tionem

tionem potuisset, et redditus eius uobis gratius fuerit, et reipub. salutaris futurus.

Varro de Re rustica: Latis tabulis, sortitio fit tribuum, ac cœpti sunt à præcone renuntiari, quem queq; tribus fecerunt ædilcm.

T. Liuius ab Urbe cond. Hæc cum legatio renuntiaretur. Ibidem: Qui iufi erant, legationem renuntiauerunt.

**R E N V N T I A T V R** præterea consul, tribunus, aliis ue magistratus: id est, declaratur factus consul, tribunus, et c.

Cic. pro lege Manil. Nam cum propter dilationem comitiorū ter prætor primus ceturij cunctis renuntiatus sum.

T. Liuius ab Urbe condita: Nec me contra senatus consulatum consulem renuntiari patiar.

Afinius Pollio Ciceroni: Comitia biennij biduo habuit, hoc est, renuntiavit, quos ei uisum est.

### Redire in gratiam.

**R**Edire in gratiam, modus est dicendi, quo significa ur aliquem ex discordia reconciliatum, in priuam amicitiam redire.

Cicero de Senectute: In gratiam iam cum uoluptate redeamus.

Idem Quinto Ciceroni: Pompeius à me ualde contendit de reditu in gratiam, sed adhuc nihil profecit.

Idem de Prouincij consularibus: Iurauitq; in concione se in gratiam non redijisse.

Ibidem: Absens mecum summo suo beneficio redijt in gratiam.

Idem ad Atticum: Cum Luceio in gratiam redi.

### Respondere ad rogatum.

**R**espondere ad rogatum, id est (quod satis per se posseatur)

scitur) cum quis rogat, querit, petit uic, et alter ad ea qua rogatur respondet.

Quod multi peruerso dicendi modo, respondere ad propositum dicunt.

Cicero pro L. Flacco: Nunquam nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plus quam ad rogatum.

### Roget quis, Dicat quis, Petat quis.

**R**OGET quis, modus est loquendi politus, id est, quod mul ti in epte dicunt: Si aliquis me interrogaret, peteret, diceret.

Terentius in Eunuch. Roget quis, quid tibi cum illo?

### Respectus.

**R**EPECTUS mutato dicendi genere dici coepitus est hoc modo: Feci amicitiae respectu, Feci respectu iustitiae: quo loco Latinus diceretur, Feci amicitiae causa uel ratione, Feci ratione iustitiae. Respectus autem nomen est, à Respicio ueniens, ut Conspiclus à Conspicio, Perspectus à Perspicio, Circumspectus à Circuspicio. Alio dicendi modo à Cicerone eloquentiae principe usitato: qui de diuinatione, Remigem, inquit, quendam ex quinqueremi Rhodiorum uaticinatum, madefactum iri nūnus triginta diebus Graciam sanguine, rapinas Dyrrachij, et cōscione in nauis cum fuga, fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore.

Idem in Philipp. v. Itaq; cum respectum ad senatum, et ad bonos non haberet: eam sibi uiam ipse patefecit ad opes suas amplificandas, quā uirtus liberi populi ferre nō posset. Respectum (dixit) non haberet, hoc est, non respiceret.

### Resicare ad uiuum.

**R**ESICARE ad uiuum, est per translationem dictum ab ijs, qui uel unguis usq; ad uiuum, uel arbores usq; ad radices

radices refecant. Id postea dictum est ad eos transfertur, cum quid nimium ad regulam reuocamus.

Cicero de Amicitia: Neque id ad uiuum refeco, ut iij, qui haec subtilius differunt.

Scribere mea tua sua manu;  
non propria.

Scribere mea manu sua manu, non propria manu quod  
nisi quam apud bonos autores reperitur.

Cicero Attico: Antequam aliquo loco confedero, neque longas à me, neque semper mea manu literas expectabis.

Eidem: Ob signaram iam epistolam meam, quam puto te modo perlegisse scriptam mea manu.

Eidem: Ipse in Tusculano me referre in commentarium  
mea manu uoluit, quod idem in Asia mihi sua manu scrip-  
tum dedit.

Eidem: Nunquam ante arbitror te epistolam meam legi-  
se, nisi mea manu scriptam.

Eidem: Haec mea manu.

Eidem: Noli putare pigritia facere me, quod non mea ma-  
nu scribam.

Eidem: Alteram tibi eodem die epistolam dictavi, et pri-  
die dederam mea manu longiore.

Ibidem: Accepi aliam alia iucundiorum, quae quidem erant  
tua manu.

Idem Qua fratri: Cum scriptissim hæc infima, quæ sunt  
mea manu.

Ibidem: Hæc inter cœnam dictavi Tironi, ne mirebas alia  
manu esse.

Idem in Catil. Legimus literas et scriptum ipsius manu.

Idem Appio Pulchro: Ad te statim manu mea scriptas li-  
teras misi.

Brutus

Brutus Cicer. Superioribus literis mea manuscripti.  
Scœula de donationibus, l. Ad eum: Hac epistola mea ma-  
nu scripta notum tibi facio.

Idem de Legatis, l. Cum quis: Testamento facta manu sua  
ita cauit.

Paulus de publicanis et uectigalibus, l. Si publicanus: Si-  
gnificantur ipsi libello manu sua subscripto.

Callistratus ad legem Corneliam, de falsis, l. Diuus Clau-  
dius: Si modo post eam scripturam manu sua testator te-  
stamento codicillis ut subscripterit.

Marcellus: Si quis aliquem testium, l. Diuus Seuerus: Sua  
manu signatos codicillos uelere uelit.

Papirianus de testamentaria tutela, l. Ex sententia: Patris  
uoluntas hoc ipsum manu sua declarantis.

Vitruvius: Quod etiam ipse sua manu dicitur fecisse.

T. Luuus de bello Pun. Fœdera, Amilcaris scripta manu.

Idem de bello Maced. Polysenidas sua manu scriptit.

Ibidem: Iudicia manu sua testata daret.

Ibid. Ausa dicere se omnes sua manu potius interfueram.

Ouidius in Epistola Didonis:

Ipfa sua Dido concidit uisa manu.

Studeo illam rem.

Studere illi rei, vulgare. Studere autem illam rem,  
minus obseruatum, non caret gratia et uenustate.

Plautus in Miltic: Magis metuant, minus has res studet.

Cicero in Anton. Vnum sentitis omnes, unum studetis.

Idem de redditu suo: Cum uero literas studere incipit, et  
huius immanis cum Græculis philosophari, tamē est Epicureus.

Idem de Finibus bonorum et malorum: Vel illud quod stu-  
det, facere posset ornatus.

*Idem in Tusculanis: Hac cum disputatione, hæc studient.*  
*Horatius: Hoc studet unum.*

### Subscribere.

**S**ubscribere cause, & subscribere causam, apud bo-  
 nos illos autores frequenter reperitur. Differentia au-  
 tem quæ interfit, pauci (ut arbitror) consideraverunt. Ego  
 uero quid de hac re ex multa lectione collegerim, paucis  
 perstringam. Subscribere cause, certo modo dicendi id e-  
 rat cum nomen aliquius deferrebat, accusatores apud iu-  
 dices se rcorum accusationibus subscribebant, ut qui sic  
 subscriberent, ad talionis poenam tenerentur, si inique ac-  
 cusassent, & nisi intra spatiū triginta dierum causam  
 prosecuti fuissent. Iudices uero subscribebāt causam, pro-  
 pter quam rci accusabantur. Quæ omnia infra scriptæ au-  
 toritates apertius demonstrabunt.

*Cicero de Arte rhetorica:* Cum uenefici cuiusdam nomen  
 esset declaratum, & quia parricidiū causa subscripta esset, ex-  
 tra ordinem esset acceptum. & infra: Id autem si damnatur,  
 fieri necesse esset, quoniam & id causæ subscriptū,  
 & ea re nomen extra ordinem sit acceptum.

*Ouidius de Tristibus:*

*Ne'ue precor magnæ subscribite Cæsar is iræ.*

*Paulus de accusatoribus, l. Libellorum:* Item subscribere  
 debet is, qui dat libellū, uel alius pro eo, si literas nesciat.  
 & subdit: Sed intra quod tempus, uidebimus. & utiq; tri-  
 ginta dics utiles obscurandi sunt.

*Vlpianus de accusationibus & inscriptionibus, l.* Si cui  
 criminē obijciatur, præcedere debet in crimine subscriptio.  
 Quæ res adiuuanta est, ne facile quis profiliat ad accusa-  
 tionem, cum sciat inultam sibi accusationem non futuram.

*Afconius Pædianus:* Subscripterunt Triario in Scaurum

Quint

*Quintus Marius L. filius, & Qu. Pacuvij fratres cogno-  
 mine Claudij, qui inquisitionem in Sardiniam, itemq; in  
 Corsicam insulas dies tricenos accepserunt.*

*Idem:* Deinde post paucos dies apud Considium quæsto-  
 rem, l. Plautia, De uis subscriptione ea quod loca occupa-  
 set, & cum tcelo fuisset: nam duces operarum Milonis re-  
 cufauerunt, Caius Fidius, Gneus Apponius, Gnei filius,  
 Marcus Scius.

### Subscribere causam.

*Plautus in Peruko:* Cras subscriptam homini dicam.

*I DE M* tamen dimisit præpositionem sub, cum dixit  
 in Aulularia: Ad prætorem hodie te rapiam, & tibi scri-  
 bami dicam.

*Cicero pro Cluentio:* Video igitur iudices animaduertisse  
 censores in iudices quodā illius consilij Iuniani, cum istam  
 ipsam causam subscriberent.

*Idem in Divinatione in Verrem:* Censor Caium Athcium  
 notauit, quod ementitum auspicia subscriberet, ergo fuerit  
 hoc censoris, si iudicabat ementitum.

*Idem pro Aulo Cluentio:* Nam hæc quidem, quæ de iudi-  
 cio corrupto subscripterunt.

*Ibidem:* Leue est quod censores de cæteris subscripterunt.  
*Vlpianus de priuatis delictis, l. Si quis:* Tunc subscribere  
 cum crimen oportebit.

*Afconius Pædianus:* Hunc Antonium Gellius & Lentulus  
 censores sexennio quo hæc dicerentur, senatu mouerunt.  
 causamq; subscripterunt, quod socios diripuerit, quod iudi-  
 cium recusauerit, quod propter aeris alieni magnitudinem  
 prædia manciparit, bonaq; sua in potestate non haberet.

### Subscriptores.

*Cicero in Divinatione in Verrem:* At uenit paratus cum

x 4 subscripto

subscriberibus citatis, et disertis: est tamen hoc aliquid, tametsi non est satis. Omnibus enim rebus is qui princeps est, in agendo ornatus et paratus est esse debet. Veruntamen L. Apulcium esse video proximum subscriptorem: hominem non aetate, sed usu forensi atque exercitatione tyronem.

Ibidem: Ex illo grege oratorum, qui subscriptionem sibi postularunt, et subdit: Ut mihi non ex ijs quos mecum adduxerim, sed de populo subscriptor addatur.

Ibidem: Accusabat Marcum Aquilium, subscriptore Caio Rutilio Ruffo.

Idem ad Quintum Ciceronem fratrem: Gabinius tres adhuc factiones postulant, Lucius Lentulus flaminis filius, qui iam de maiestate postulauit, Titus Nero cum bonis subscriptoribus, Caius Memmius tribunus plebis.

Ad eundem: Gabinius absolutus est: omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribusque eius infantius, nihil illo consilio sordidius.

Idem pro Lucio Murena: Successione subscriptorum animaduertebant.

SE D quid sint Subscriptores, apertius declarat Asconius Paedianus: Subscriptores, inquit, dicuntur, qui adiuvare accusatorem causidici solent, quos oportet submissius agere, quam dicit ille quem sequuntur.

### SICCUS.

Siccus per translationem non est id, quod exhaustus, aut exeritus, ut nonnulli uolunt: sed est ieonus, sobrius.

Plautus in Afinaria: Ego preter alijs meum uirum fui rata siccum, frugi, continentem.

Cicero in Academicis questionibus: Dormientium et uinolentorum et furiosorum uisa; imbecilliora esse dice-

bis,

bas, quam uigilantium, siccorum, sanorum.

Idem pro lege Agraria: Hec per deos immortales utrum esse uoles consilia siccorum, an uinolentorum somnia? et utrum cogitata sapientum, an optata furiosorum uidentur?

Horatius:

Forum, putcalq; Libonis Mandabo siccis. Idem:

Accedes siccus ad unctum. Idem:

Siccis omnia nam dura deus proposuit. Idem:

Libertinus erat, qui circum compita siccus,

Lautis mane senex manibus currebat.

### STOMACHARI, STOMACHOR OMNIA.

Stomachari notum uerbū, est enim indignari, et quasi ex aliquo facto dictō uec offendi, ita ut stomachus inde mouetur. Hinc est aliis ortus dicendi modus, cum dicitur: Non sine stomacho illum uidi. Sed in uerbo Stomachor praecepit obseruandum est, accusatio id quandoq; iungi, quandoq; absolute, quandoq; cum prepositione poni.

Terentius in Eunu. Id adueniens mecum stomachabar.

Cicero Attico: Stomachor omnia.

Eidem: In quo tamen ille mihi risum magis quam stomachum mouere solet.

Eidem: Ille uero, sed stomachari definamus.

### SEXCENTI.

Excentis locis, Sexcentos habes tabellarios, et alia huiusmodi: hoc numero utebantur literati uiri felicis seculi illius, cum infinitum aut praegrandem numerum explicare uolebant.

Plautus in Aulularia: Sexcenta sunt, quae memorem, si sit otium.

Idem in Bacchid. Sexcenta tanta reddam, si uiuam.

Idem in Trinum. Sexcenta ad eam re causae possunt colligi.

x 5 Idem

*Idem in Menachmis: Quin suspirabo plusquam sexcentum dies.*

*Terentius in Phormione: Sexcentas proinde potius scribito iam nūhi dicas.*

*Cesar in Commentarijs: Cum sexcentis deuotis.*

*Cicero Attico: Sexcentos habes tabellarios.*

*Eidem: Ne Sampicranij nostri merita in patriam ad annos sexcentos maiora uiderentur, quàm nostra.*

*Eidem: Post à Pompeij procuratoribus sexcentis premi ceptus est.*

*Idem: Multa molesta, discessus noster, belli periculum, militum improbitas; sexcenta præterea.*

*Ibid. Venio ad epistolam tuas, quas ego sexcentas accepi.*

*Ibidem: Sexcenta alia scelerata moliri.*

*Eidem: Dignus ille quidē omnium regno, sed per Fulviam sexcenta similia.*

*Idem in Verrem: Sexcentos præterea ciues.*

*Ibidem: Possum sexcenta decreta proferre.*

### Suppetere.

*S*uppetere & Superesse uita dicitur: pro quo multi, Sufficere uita, & barbaris alijs modis dicunt.

*Cicer de Somnio Scipionis: Scribentur fortasse plura, si uita suppetet.* Vergilius:

*Primus ego in patriam mecum, modo uita superfit.*

### Supra caput.

*S*upra caput, modus est loquendi, rem que ualde urgeat & immineat, significans.

*Cicer Octauio: Ecce supra caput homo leuis ac sordidus, sed tamen equestri incessu Catenus.*

*Sallustius in Catilin. Dux hostium cum exercitu supra caput est.*

Verg

### Vergilius:

*Olli cœruleus supra caput astitit imber.*

*Titus Liu. ab Urbe condita: Cum hostes supra caput sint.*

*Ibidem: Clamor supra caput hostilis, captam Urbem ostendit.*

### Stare per me.

*S*tare per me, per te, per illum modus est loquendi per elegans, & multis in locis apud bonos autores celebratus.

*Cesar in Commentarijs: Vbi cognouit per Afranum stare, quo minus prælio dimicaretur.*

*Titus Liu. ab Urbe condita: Per duces, non per milites, stetisse ne uincerent.*

### Supersedere.

*S*upersedere, cum ablative iungitur, certo modo dicendi id significat quod intermittere.

*Plautus: Supersede ijs rebus iam.*

*Cicer Seruio Sulpitio: Supersedeas hoc labore itineris.*

*Idem in Arte rhetorica: Exemplorum multitudine supersendum est.*

*Cato de Rerustica: Litibus familiæ supersedeat.*

*T. Liu. ab Urbe cond. Rebus diuinis supersederi iussum.*

*Ibidem: Tributo ac delectu supercessum.*

*coſabōba Stultus, Inſanus. coſaloca*

*N*on pauci sunt, qui in uerbo Stultus, stulti non fiant non intelligentes, in modo omnino confundentes uerbi proprietatem. Stultum enim id plerique iam putant, quod Inſanus, cum inter utrumque non leue sit discrimen. Est igitur Stultus ferè quod imperitus, ingenio hebes, aut tardus, uel inconstans. Inſanus autem, qui non sana, sed alienata mentis est.

Plautus

Plautus in Persa: *Nimis hodie stultus es pueriliter.*  
 Idem in Mostellaria: *Interdum inepit stultus es.*  
 Terentius in Eunicho: *Dij boni, homo homini quid præstat?* *Stulto intelligens quid interest?*  
*Ibidem:* *Hic homo ē stultis insanos facit.*  
 Idem in Andria: *Quandoquidem tam iners, tam nullius consilij sum. Seruon' fortunas meas me commisisse futilis ergo pretium ob stultitiam fero.*  
 Cicero de Oratore: *Oratoris peccatum si quod est animaduersum, stultitiae peccatum uidetur.*  
*Stultitia autem excusationem non habet.*  
*Ibidem:* *Quo quidem in genere familiaris noster Marcus Bucculeius, homo neq; meo iudicio stultus, et suo ualde sapiens.*  
*Ibidem:* *Neq; uult ita sapiens inter stultos uideri.*  
 Idem pro T. Annio Milone: *Negant intueri lucem fas ei, qui à se hominem occisum fateatur. In qua tandem Vrbc hoc homines stultissimi disputant?*  
 Idem pro Deiotaro: *Et ab hominc minime stulto esse cogitatum configitis?*  
 Idem pro Cluencio: *Minus enim stultus est is, cui nihil in mentem uenit, quam ille qui quod stulte alteri uenit in mentem, comprobat.*  
*Ibidem:* *Adeo' ne erat stultus, ut ille qua tum ille nubebat, uitam esse arbitraretur?*  
 Idem pro Aulo Cæcinna: *Tertio, ut cū tam stulto haberet.*  
 Idem definit quid sit stultitia in Tusculanis: *Stultitiam enim censierunt inconstantiam, id est, sanitate uacantem: posse tamen tueri mediocritatem officiorum, et uita comunitatem cultum atq; usitatum.* *De quo plane loquitur Ouidius i. Fastorum*

Lux

*Lux quoq; cur eadem stultorum festa uocetur,*  
*Accipe. et subdit:*  
*Stultaq; pars populi, quæ sit sua curia, nescit.*  
*Festus: Quirinalia stultorum feriæ dicebantur, quod co die sacrificabant ij, qui solenni die aut non poterant rem diuinam facere, aut ignorabant.*  
*Venuleius, quod ui aut clam, lege, Seruius: Ne melioris conditionis sint stulti quam periti.*  
*Horatius in Sermonibus:*  
*Stultus et insanus, quid si quis non sit avarus?*  
*Et paulo post:*  
*Stultum me fatior, liceat concedere ueris,*  
*Atq; etiam insanum. Idem:*  
*Quem mala stultitia et quæcunq; inficitia ucri*  
*Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus et grex*  
*Autumat. Idem:*  
*Vincit enim stultos ratio insanire nepotes. Idem:*  
*Qua me stultitia, quoniam non est genus unum,*  
*Insanire putas?*  
*Spero & Speror, Despero & Desperor.*  
*S*pero quandoq; actuum simplex, et sic suum format  
*S*pæsiuum. *Quandoq; nculturum absolutum.*  
 Plautus in Menæchmis: *Dij immortales, spem insperatam date mihi.*  
 Idem in Mercatore: *Spem speratam cum obtulisti.*  
 Cicero ad Quintum fratrem: *Siue restituimur, siue desperamur.*  
 Idem Attico: *Breiloquetm iam me tempus ipsum facit, pacem enim desperauit.*  
 Eadem: *Si haec iam nostra salus cū hac lege desperata erit.*  
 Idem in Catilinam: *Essent illi quidem desperandi, sed tamen cf*

men essent ferendi.

Idem de Finibus bonorum & malorum: Aut omnia semper desperantes.

Titus Luuius de bello Macedonico: Hos desperata salus ad rabiem magis quam audaciam accendebat.

### Secundum.

**O**MISIS vulgaribus sensibus de prepositione Secundum, ab alijs sedulo notatis, id proferamus, quod latuisse haec tenus uidetur. Secundum absentem, Secundum praesentem iudicare: Ferre sententiam secundum testamentum: Secundum te ille mihi ita est, ut sit penè par. Hæc notanda mihi uisa sunt, qua non ab aliqua ratione, sed sola dicendi consuetudine variantur. Iudicare absentem secundum praesentem, id est, quod diceremus, iudicauit pro absente ac si praesens esset. Ferre sententiam secundum testamentum, hoc est, quod dicremus, pro testamento, uel vulgarius, in fauorem testamenti. Secundum te ille mihi ita est, ut sit penè pari: id est, secundo loco aut proxime.

Cicero ad Q. fratrem: Ille mihi secundum te ac liberos nostros ita est, ut sit penè par.

Idem de Officijs: Proxime autem ex secundum deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt.

Idem Attico: Secundū te nihil est mihi amicus solitudine. Eadem: Nuntiauit iam populo pontifices secundum se decreuisse.

Idem de Oratore: Quare in hac nostra actione secundum uocem uultus ualeat.

Idem in Verrem: Utatur consilio suo, nec cogat ante horam decimam de absente secundum presentem iudicare.

Varro de Re rustica: Insula Gallinaria, qua est in mari Thuso secundum Italianum.

Vlpianus

Vlpianus de iudicijs, lege: Et post edictum, secundum praesentem iudicabitur.

Marcellus de inofficio testamento: Si pars iudicantium de inofficio testamento contra testamentum, pars secundum id sententiam dederit.

Titus Luuius de bello Punico: Secundum has præcess tuba signum dedit proficisci.

Ibidem: Nec erat gens alia, cuius secundum Gallicos tumultus arma terribilia erant.

Idem: Nos autem qui secundum deos uiolati sumus.

Ibidem: Secundum plebem in item iudicem dare.

Ibidem: Prætorcs Syracusani Marcello secundum salutem (ut assolet) scriptum erat, recte cum atq; ordine fecisse.

Idem de bello Macedonico: Romani qui secundum deos plurimum possunt.

Ibidem: Secundum orationem prætoris murmur ortum.

Ibidem: Secundum hæc silentium fuit.

Ibidem: Cum omni humanum genus secundum deos nomen Romanum ueneretur.

Varro de Re rustica: Caſius secundum columbinum sterlus scribit esse hominis, tertio caprillum, & ouillum, & asinum.

Ibidem: Ut in Umbria ubi falce secundum terram succidunt stramentum.

Ibidem: Hyeme cum hibernant secundum mare.

### Præsumere.

**Q**uod incepit sime, ac multa cū barbarie dicitur Præsumere, antiqui Sumere, & Assumere, quandoq; & Arrogare dicebant. Nam Præsumere, aliud est, significat enim ante capere, ut in bonis autoribus. Vergilius:

—Et spe præsumite bellum.

Et Hora

Et Horatius.

Tibi quidnam accedit ad istam,  
Quam puer et ualidus presumis mollitatem?  
Sed iam de Sumo et Assumo aliquid referamus.  
Sumo.

Cicero in Catilin. Quibus ego si me restitisse dicam, nimium mihi sumam, et non sim ferendus.  
Idem in Antonium: Tantum ne sibi sumpsit, quia Mylaeis Myrmilonem truccum iugulauit.  
Idem Torquato: Sed hoc tamen non sumo, ut te consolre de communibus miserijs.  
Idem pro Cluentio: Ut tantum mihi sumam, quantum sine huius periculo praeterire non possum.

Idem Aulo Cætinæ: Non mihi sumo, ut plus ipse perspiciam, quam te uidere et intelligere mihi persuaserim.  
Idem Cæsari: Vide quid mihi sumpsim: ceipi uelle ea Trebatium expectare à te, que expectas et à me.

Idem Aristo uel Cælio: Sumpsi hoc mihi pro tua in me obseruantia, quam penitus perspexi, quandiu Brundusij sumus, ut ad te familiariter et quasi pro meo iure scriberé.  
Idem pro L. Flacco: Deniq; etiam si qua sibi alia sumunt, non repugno.

Idem pro Sylla: Quid ergo hoc tibi sumis? dicet fortasse quispiam.

Idem pro Planco: Quanquam mihi non sumo tantum iudices, nec; arrogo, ut Gn. Plano suis erga me meritis impunitatem consecuturum putem.

## Assumo.

Cicero de Officijs: Si id mihi assumo, uideor id meo iure quodammodo uendicare.

Idem pro Sylla: Ego uero iudices non modo nihil mihi assumo,

assumo, in quo quispiam repugnet, sed etiam si quid ab omnibus conceditur, id reddo ac remitto.

## Scienter.

**S**cienter aduerbiū à Scio, non id semper significat, quod uulgo ab omnibus putatur, cum dicunt: Scienter fecit, Scienter dixit: et addunt etiam aliud insolens aduerbiū, Appensate. Sed id est Latine Scienter, quod scite, diserte, perite, à scientia ductum.

Cicero in Brutio: Quam omnino multa de iure ciuili, que quidem omnia cum perite et scienter, tum breviter et expresse, et satis ornatae et per eleganter diceret.

Ibidem: Ut enim ex neruorum sono in fidibus quam scienter ijs pulsati sint, intelligi solet; sic ex animorum motu cernitur, quid tractandis ijs perficiat orator.

Hircus in Commentarijs: Scaphis nauibusq; longis quinq; mobiliter et scienter angustias loci tuebantur.

Titus Liuius ab Urbe condita: Inscienter etiam posuit cum dixit: Tuba inscienter à Græco inflata.

## Scriptura.

**S**criptura (ut arbitror) ea erat praeter alia significata, quam exercebant, qui agris, pascuis, aut pecoribus praerant: et tam ijs, quam qui portus aut portoria curabant, uectigalia describentes, aut colligentes, Magistri scripturæ et portus dicebantur.

Plautus in Truculento: Ob meam scripturam pecudem accipit. Deinde respondet Astaphium ancilla: Pleriq; idem quod tu facis, faciunt, rem male gerentes: ubi non est scriptura unde dent, incusant publicanos.

Cicero Attico: Magister scripture et portus, quidam L. Carpinatus.

Eidē: Terentius mucus necessarius, magnas operas in portu

y et scrip

*& scripture Asiae pro magno dedit.*

Idem pro L. Flac. Mirandum uero est homines eos quibus odio sunt nostræ securæ, nomen acerbitati, scripturæ decumæ, portorum morti, libenter arripere facultatem lœdædi, Idem in Verrem: In scriptura Siciliæ pro magistro est, Ibidem: Portum autem & scripturas eadem societas habebat. Idem pro lege Manilia: Nam cum hostium copiae non longe absint, et si irruptione nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decimis, neque ex scriptura ueritatem conseruari potest. Asconius: Mancipes sunt publicanorum principes Romanorum homines, qui quaestus sui causa decumas redimunt, qui pastum aut pecora publica portorij aut pecuarij, quorum ratio scriptura dicitur.

Pro scriptura puto scriptum accipi à Tito Livio Pataui no, labente (ut sepe dixi) in barbarie eloquentia Romana, dum ab Urbe condita dicit: Neque eius accipi nomen, quod scriptum faceret, tabulum posuisse, et iurasse se scriptum non fakturum, quem aliquando antea deesse scriptum facere, arguit Maecr Licinus.

### Saluere.

Hoc quoque notare uisum est quod Cicero Attico scripsit: Saluebis, inquit, à meo Cicerone.

### Species, Genus.

Quod Cicero & eius æquales prisca Latinitatem per minima quoque uerba examinarent, polircent, ac quasi deterga rubigine situis purgarent, uel ex hoc, quod de specie subicci, facile cognosci potest. Quod uerbum cum Ciceroni eloquentia ac elegantia magistro non omnino placaret, tamecum & ipse eo nomine quandoque usus est, formamq;

formamq; aut partem pro eo introducere mallet, quæ uerba de ea re, & quoties fecerit, infra posui.

Cicero in Topicis: Species appellant, non peccime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in diccionario. Nolim enim (\* nisi Latine quidem dici posset) specierum & species dicere. Et sepe ipsi casibus utendum est, at formis & formarum uelim. Cum autem utroque uerbo idem significetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Genus & formam definiunt hoc modo: Genus est notio ad plures differentias pertinens. Forma est notio, cuius differentia ad caput generis & quasi fontem referri potest. Idé de arte Rhetorica: Genus est quod plures partes amplectitur, ut animal. Pars est que subest generi, ut equus. Sed eadem res sepe alijs genus, alijs pars esse potest. Nam homo pars animalis est, Thebani aut Troiani genus.

Idem in Topicis: Forma enim à genere quoad suum nomen retinet, nunquam sciungitur. & subdit: A forma generis, quam interdum (quo planius accipiatur) partem licet nominare.

Abidem: Formæ igitur sunt hæ, in quas genus sine ullius prætermissione diuiditur: ut si quis ius in legem, morem, equitatem diuidat. Formas qui putat esse quod partes, confundit artem, & similitudine quadam conturbat, & non satis acute quæ sunt secernenda distinguit.

Idem de arte Rhetorica: Genus est quod partes aliquas amplectitur: ut cupiditas pars est, quæ subest generi, ut amor, auaritia.

Idem de Oratore: Aut traducta ex parte ad genus notatio.

Ibidem: Tum (ut scis) explicato genere cuiusque rei uidentur est, quæ sint eius generis sive formæ, sive partes.

Idem in Philippicâ quinta: Num Latinæ scit? Num ex iu-

dicum genere & forma? Num leges nostras mores ue-  
ni? Horatius:

Et genus & formam regina pecunia donat.

*secuti* Sectari.

*mona* **S**ectari clare patet quid sit: sed Sectari a pros uel si-  
miam, aut alias beluas, recondito (ut arbitror) modo lo-  
quendi, & per translationem id est, quod inuestigare,  
perquirere, sequi.  
Plautus in milite: Respondit se sectari simiam.  
Terentius in Phormione: Adolescentulum ceruam uidere,  
fugere, & sectari canes.

Vergilius in Bucolicis:

Si dum tu sectaris a pros, ego retia seruo.

Sub.

**P**repositio hac Sub, elegantia non caret, cum vulga-  
rem transgressa modum, in aliud transit sensum.  
Plautus in Persa: Solet illa recte & sub manu succedere.  
Cæsar in Commentariis: Sub uesterum Cæsar intra hanc  
fossam legiones deducit,  
Idem: Tantam nostri eorum multitudinem interfecerunt,  
quantum fuit diei spatum, sub occasumq; solis desisterunt.  
Idem: Sub uesteram Cæsar portas claudi, militesq; ex op-  
pido exire iusserunt.

Cicero in Oratore: Sub eas statim recitatæ sunt tuæ.

Idem ad Q. fratrem: Mense Decembri sub dies festos.

Idem de Oratore: Ea quæ sub oculis ipsa non cadunt,

Vergilius:

- Et sub noctem cura recursat. Horatius:

Dicitur occultam febrem sub tempus edendi.

Idem:

Forte sub hoc tempus castellum euertere frætor.

*Idem*

Idem:

Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.

Idem:

- An hic peccat, sub noctem qui puer unam  
Furtiva mutat strigilis?

Hircius in Commentariis: E proximis castellis in frumenta-  
tarios sub ipsam lucem impetum fecit.

Notandum etiam est, prepositionem hanc, quam plerique  
uel ablativo uel accusativo solis iungi afferunt, etiam da-  
tiuo, cum cōponitur, coniungi: ut, Subscribere cause, Subesse  
imperio, Subuenire egeno uel calamitoso, & huiusmodi.

Seruire auribus, Dare auribus.

*halagarnomogea*  
**S**eruire auribus, Dare auribus, frequenter apud bonos  
autores reperitur: qui modus loquendi nihil aliud certe  
significat, quam assentari & blandiri.

Cæsar in Commentariis: Auribus Vari scriuunt.

Trebonius Ciceroni: Noli putare mi Cicero, mi hoc auribus tuis dare.

*si dijs placet*

**A**dmirantes antiqui alii cuius indigritatem uel temeri-  
tatem, aut indigiantes, certo modo loquendi dicebant,  
Si dijs placet.

Cicero in Oratore: Etiam Latini, si dijs placet, hoc bie-  
nio magistri dicendi extiterunt.

Idem in Tusculanus: Quia gloria commotus Epicurus exo-  
ritur, cui etiam, si dijs placet, uidetur semper sapiens beatus.

T. Liu. ab Urbe cond. Perpetuos, si dijs placet, tribunos.

Ibidem: Quin etiam, si dijs placet, nefas aiunt consulentes  
plebeium fieri.

Idem de bello Macedonico, Nos, si dijs placet, iam rempu-  
blicam etiam capessere eas patimur.

2 3

Ibidem

## ADRIANVS CARDINALIS

Ibidem: Non societatem modo, sed si dijs placet, affinitatem etiam pepigisti.

Ibidem: Qui nunc nos, si dijs placet, accusatis.

Satin' saluæ?

**M**odus loquendi apud ueteres, cum quid turbati in terrogabant, An satis saluæ res essent.

Terent. in Eun. Hem quid est? quid trepidas? satin' saluæ?

Titus Liuius ab Urbe condita: Querentiq; uiro, satin' saluæ? minime, inquit.

Ibidem: Satin' saluæ, inquit, Luci Volumni: ut se in Sanmio res habent?

Ibidem: Percontatus, satin' saluæ?

Idem de bello Macedonicō: Cum pater, satin' saluæ res, interrogaret.

*hic rursum hinc de casu* Sarta tecta quid sint, & quid sit ea exigere.

**S**arta tecta, sine copula plerunq; posita comperi, à Sari cip, & Tego, certo modo dicendi deducta, ut infra ostenditur. Cumq; edificia publica, ædes sacrae, & alia loca, & opera publica redemptoribus locabantur, preci-pua inter cæterā conditio apponebatur, curarent ut Sarta tecta, essent, id est, bene prouisa aut reparata. Quod uero redemptores ex locato debebant, cum exigebatur, Sarta tecta exigi dicebantur. Quandoque per translationem ea uerba Sarta tecta usurpantur.

Plautus in Triummo: Sarta tecta tua præcepta usque habui mea modestia.

Cicero Marco Cælio: Hoc mihi da atq; largire, ut Marci Curium sartum & tectum (ut aiunt) ab omni incômodo, detimento, molestia, syncretum integrumq; conserueris.

Idem in Oratione ante exilium: Qui nimini deorum con-

serratum

## DE MOD. LAT. LOQ. VEND.

sceratum sartum tectum ab omni periculo conseruauit:

Sarta tecta simpliciter.

Plautus in Mostellaria: Nec uideor mihi sarcire posse ædes meas, quin totæ perpetuo ruant.

Ciceron Bruto: Quorum quidem omnia commoda, omnesq; facultates, quibus & sacra conficere, & sarta tecta ædium sacrarum, locorumq; communium tueri possit, consistunt in ijs uectigalibus.

Idem in Verrem: Cum consules ædes sacras locauissent, neq; potuissent omnia sarta tecta exigere.

Idem: Eundemq; te memini, censorias quoq; leges in sartis tectis exigendis tollere.

Ibidem: Verum etiam in ijs sartis tectisq; damnata est.

Vlpianus de officio proconsulis, lege, Si in alicius ædes sacras, & opera publica circumire inspiciendi gratia, an sarta tecta, sint, uel an aliqua refectione indigeant.

Celsus de usufructu: Hactenus tamen ut sarta tecta habeat, si qua tamen ueustate corruiissent, neutrum cogi reficere. Et subdit: Vnde Celsus de modis sarta tecta habendi querit.

Tempus.

**A**nte tempus, Post tempus, Ad tempus, Per tempus, In tempus, In tempore, Primo quoq; tempore, Primo quoque die, Pro tempore, Pro re, Pro loco, Vno tempore: hos & alios dicendi modos, mira elegantiq; uaricitate perfecta illa Latinitas condidit. Si quis ea, quæ infra posui, diligenter legerit, sine alio interprete per se satis intelliget.

Ad tempus.

Terentius: Commodorem hominis aduentum ad tempus non uidi.

Ciceron de Finibus honorum & malorum: Itaq; ad tempus ad Pisonem omnes.

Idem Plāco: Is autem, qui uere appellari potest honor, non in uitamentū ad tēpus, sed perpetuae uirtutis est p̄rēmum.  
Idem Attico: Satis erat dierū, ut Puteolos excurrere possem, & ad tempus redire.

Eidem: Aderis autem ad tempus.

Idem in Verre: Si quæ castiores erant, ad tēpus ueniebant.  
Plancus Cicerom: Si autem in itinere m̄cō se oppoſuerit, ad tempus confilium capiam.

Asconius Pædianus: Cur fraudi sit Ciceroni, cum ad tempus oratorum dicta proferantur?

Idem: Non intelligunt hæc ad tempus commode adiungi.  
Paulus de dāno infecto, l. Ad curatōris: Si dominus ad tempus pecuniam impensam cum usuris restituere uoluerit.

### Per tempus.

Plautus: Mīhi per tempus incep̄tū est iter.

Idem in Bacchidibus: Per tempus hic uenit mīles.

Idem in Truculento: Per tempus subuenisti mihi.

Idem in Menēchmis: Non potuisti per tempus magis aduare quam aduentis.

Terentius in Hecyra: Sed uideo Phidippum per tempus egredi.

Cato de Re rustica: Frōdem populam, ulmeam, quernam cædit, & per tempus eam condito.

Ibidem. Et per tēpus radices quā plurimas cū terra serere.

Ibidem: Umbram partim per tempus habet.

Ibidem: Vimina matura, salices per tempus ligantur.

### Post tempus.

Plautus in Captiuis: Sero post tempus uenis.

Cicero pro P. Quintio: Ego pro te hoc consulo post tempus, & in aliena re: quoniam tu in tua re cum tēpus erat, consulere oblitus es.

Varro

Varro de Re rustica: Quæ post tempus nascuntur, fere uitiosæ atq; inutilia existunt.

### In tempus.

Cicer. Attico: Nam & cūmodi sunt iij uersus, ut ab initio Pompeij in tempus scripti esse uideantur. Horatius:

— Et præfens in tempus omittas.

### Vno tempore. ~~ex un tempore~~

Cic. Attico: Multas uno tempore accepi epistolas tuas.

### Suo tempore.

Idem in Verrem: Scandilius rem se totam relicturum dicit,  
& suo tempore esse redditurum.

### Primo quoq; tempore.

Titus Livius ab Urbe condita: Ut primo quoq; tempore in Italiā transgressus, iungeret se Annibali.

Ibidem. Primo quoq; tēpore redire in Hispaniam iussit.

Ibidem: Decreuerunt, ut primo quoq; tempore de ea re ad populum ferrentur.

### Primo quoque die.

Ibidē. Decreuerunt, ut primo quoq; dic ad populum ferrent.

Cn. Pompeius L. Donatio: Ut primo quoq; dic Luceriam aduenires.

Tempestiu[m] conuiu[i]um, Magisteria à maioribus instituta, Sermo qui more maiorum à summo magistro adhibetur in poculo.

**N**ondum cuiquam satis arbitror exploratum, quid sit Tempestiu[m] conuiu[i]um. Hoc certe liquet, non esse id quod simpliciter uerbā ostendunt: si sit Conuiu[i]um tempestiu[m], quod conuiu[i]um in tempore paratum. Nam ut patet ex ijs, quas infra posui, autoritatibus, aliquid præcipue in eo erat conuiuio, quod non erat idem in alijs, ut Ma-

gisteria

gisteria à maioribus instituta, ut Sermo quidam, qui more  
maiorum à magistro adhibebatur in poculo. Ea cuiusmodi  
essent, nemo (quod sciam) prodidit.

Cicero Attico: Audio à bonis uiris, qui et nunc, et saepe  
antea magno praesidio reipublica fuerunt, hanc cunctationem  
nostram non probari, multaque nubi et seure in  
conuiuis tempestiuis disputatione.

Idem pro P. Sylla: Quantum alij tribuunt tempestiuis conuiuis, quantum alee.

Idem pro L. Murena: Nemo serè saltat sobrius, nisi forte  
insaniat, neque in solitudine, neque in conuiuio moderato, atque  
honesto. Tempestiu conuiuij, amoeni loci, multarum deliciarum  
comes est extrema saltatio.

Idem in Verrem: Statuitur Lollius in illo tempestiu gladiorum  
conuiuio.

Idem de Senectute Catonem loquentem facit: Ego uero  
propter sermonis delectationem tempestiuis quoque conuiuij  
delector. Et subdit: Mc uero et magisteria delectant  
à maioribus instituta, et is sermo, qui more maiorum à  
summo magistro adhibetur in poculo.

Idem Attico: Quas enim coenas et facere, et obire scripsit  
ad me Sextius: quam lautas quam tempestiuas?

Horatius in Odis:

Tempestiu in domo  
Pauli purpureis ales\* oleribus  
Comessabere maximi.

### Tempeſtas idonea, mala.

**N**on est semper Tempeſtas mala, sed quandoque bona,  
ut constet uerbum medium esse.

Cicero Q. fratri: Tu, si ita expedit, uelim quamprimum  
bona et certa tempeſtate conſendas, ad meque uenias.

Ibidem

Ibidem: Primam nauigationem, dummodo idonea tempeſtas fit, ne omiseris.

Cato de Re rustica: Dicit uillicus sedulo fecisse, seruos  
non ualuisse, tempeſtates malas fuisse.

### Tabelcere. Arctifirſe

**T**abescere non est languere, aut deficere, aut putrefacere,  
re, ut nonnulli putant, sed interiore sensu est proprie,  
liquefcere, consumi.

Plaut. in Mercatore: Cor eedopol miserum, quod guttatum  
contabescit, et quasi in aquam tu indidcris alcum.

Cato de Re rust. Fiscellam cum sale populari suspendito,  
et quassato, suppletioque identidem, id aliquoties in die faci-  
to, usque adeo donec sal desierit tabescere biduum.

Ibidem: Salis puri modium, et eum in fiscellam suspendito,  
sinitoque cum musco distabescat.

Horatius:

Quodque aliena capella gerat distentius huber,

Tabescit.

Ouidius in Metamorphosi:

Tabucrant cere, nudos quatit ille lacertos.

Ibidem:

Non tulit ulterius, sed ut intabescere flave

Igne leui cere, matutineque pruine

Sole tepente solent, sic attenuatus amore

Liquitur.

Tantum abest, Parum abest, Nihil abest.

**T**antum abest, Parum abest, Nihil abest, dicendi elegan-  
tissimi modi, non sunt à studiosis literarū præterevundi.

Cicero in Tusculanis: Sed tamen tantum abest, ut scribi  
contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus.

Idem pro lege Manilia: Tantumque abest, ut aliquam bo-  
nana

## ADRIANVS CARDINALIS

nam gratiam mihi quæsiſſe uidear; ut multas etiam simulatates, partim obscuras, partim apertas intelligatis, mihi nō necessarias, uobis non inutiles ſuſcepſſe.

*Finalmēte* Tandem aliquando, Quousq; tandem.  
Tandem aliquando, Quousq; tandem, hæc coniuncta aducib; in oratione ueluti due ſtelle coruſcant, eamq; magnopere exornant.

Cicero Tirom: Tandem aliquando mihi à te expectatiſſimas literas reddidit.

Ident in Cāſil. Quousq; tandem abutere patientia noſtrā Titus Linūs ab Vrbe condita: Quousq; tandem ignorabimus uires noſtras?

## Tentare, Attentare.

Tentare paulo occulioſe ſignificato, id eſt, quod affi- cere & occupare: Attentare autem quaſi inſidioſe perueſtigare.

Cic. Atti. Scripſeras te quodam ualeſtudinis genere tentari. Idem: Valeſtudinem tuam iam conſirmatam eſſe, & à ue- tere morbo, & ab omnibus tentationibus gaudio.

Idem in Tusculanis: Quid animi ualentis morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt.

Idem de Oratore: Cum is eſt autor qui non ucreatur, ne compositæ orationis inſidijs ſua fides attentetur.

Vergilius in Georgicis:

Turpis oues tentat ſeabieſ. Horatius:

Si latus aut renes morbo tentantur acuto. Idem:

At ſi condoluit tentatum frigore corpus.

## Tantisper dum.

Tantisper plerunque particulam Dum, poſt ſe trahit apud eos autores, quos nunquam ſatis laudare, ſatis admirari & ſuſpicere poſſumus.

Plautus

*hastagundo*

## DE MOD. LAT. LOQ. VEND.

Plautus in Menenhiis: Meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat uidet.

Terentius in Heautont. Ego te meum eſſe dici tantisper uolo, dum quod te dignum eſt facis.

Ibidem: Decreui tantisper me minus iniuria Chreme meo gnato facere, dum ſiam uifer.

Idem in Adelphis: Malo coactus qui ſuum officium facit, dum id reficituſ iri credit, tantisper cauet.

Cicero M. Varro: Habes rationem confiſij mei, tibi igi- tur ceneo latendum tantisper ibidem, dum efferuſci hæc gratulatio, & ſimil dum audiam quemadmodum nego- tium confeſtum fit.

Idem in arte Rhet. Ut ibi eſſet tantisper, dum culcus in quem coniectus, in profluuentem deucheretur, compararetur.

Transuerſum unguem non diſcedere: uel, dígitum, aut pedem latum: uel dígitum latum.

Transuerſum unguem, uel dígitum, aut pedem latum, uel dígitum latum non diſcedere: modum etiam hunc di- cendi formauerunt Latini illi, cum paruulum interuallum ostendere uolebant.

Plautus in Aululari: Si ex iſto loco tuo dígitum transuerſum, uel unguem latum exciferis.

Idem in Bacchidibus: Nego tibi annis uiginti ſuisse primis copie dígitum longe à pedagogo, pedem ut efferres ex ædibus ante ſolem exorientem.

Idem in Moſtellaria: Si poſthac me pedem latum modo ſcieſ imposuſſe in undam, haud ea uia eſt illico, quod nunc uoluisti facere, quin facias mihi.

Cicero in Academicis: Ab hac mihi non licet traſuſcum (ut aiunt) dígitum diſcedere.

Idem

Idem in Verrem: Pueri Sisennæ credo qui audiuerint que in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nusquam deicere, neq; ab argento digitum discedere.  
Idem C. Fabio Gallo: Urgeo igitur transuersum unguem (quod aiunt) à stylo, is enim est dicendi opifex.

### Tollere pedes.

**T**urpem ex obscenam significationem habet is loquendi modus, qui apud eos, quos sepe memoro bonos autores frequens est. Dicebant enim Tollere pedes ea modestia, ut quæ obscenitas rebus inesse, honestis uteatur, verbis tegeretur.

Cicero Attico: Sed foror quæ tantum habeat consularis loci, unum mihi solum pedem dat. Noli, inquam, de uno pede fororis queri, licet etiam alterum tollas. Non consulare, inquietus, dictum, fateor.

### Tollere manus.

Tollere manus, modum hunc loquendi in letitia vel admiratione rei gratae antiqui adhibebant.

Cicero Caesaris: Sustulimus manus ex ego ex Balbus: tanta fuit opportunitas.

Idem in Academicis: Hortensus autem uehementer admirans, quod quidem perpetuo Lucilio loquente fecerit, ut etiam manus sepe tolleret.

### Tendere iter.

**T**endere iter, id est, quod iter facere, uterque loquendi modus uenustissimus. Vergilius:

Tendere iter pennis.

Titus Livius de bello Punico: Cum ab occasu solis ad exortus tenderent iter.

Vt.

**E**xprimi uix potest, quantam partem Latini sermonis particula

particula vt, contineat, quamue uario dicendi modo per orationem serpat, ac ueluti laetitia luxuriet.

De Vt, quo loco multi Ne, inepit ponunt, ex significat dubitationem, ex coniungitur cum Metuo, Vereor, Timeo. Terentius: Actuo ut substet hospes.

Idem in Andria: Dics mihi ut sit satis uereor ad agendum.

Idem in Hecyra: Sed firmæ uereor hæc ut sint nuptiæ.

Cæsar in Commentarijs: Ut satis commode supportari possit, timere dicebant.

Cic. M. Marcellio: Sed cū ita late pateat eius potestas, quem ueremur, ut terrarum orbem complexa: non' ne maius sine periculo domi tuae esse, quam cum periculo alienæ?

Idem Attico: Et tamen uereor ut ijs ipsis contentus sit.

Idem: Quod enim tu absuisti, uereor ut satis diligenter actum in senatu sit de literis meis.

Idem pro Milone: Accipi à te literas, quibus uereri uideris, ut epistolas illas acceperim.

Idem Terentii: Omnes labores te excipere video, timeo ut sustineas.

Idem: Si homo amens diripiendam urbem daturus est, uereor ut Dolabella ipse nobis satis prodesse posset.

Idem pro P. Quintio: Tamen\* ne ueroris ut posset hæc contra Hortensium contendere.

Idem contra Rullum: Veretur Hiempsal ut satis firmum sit et ratum.

Idem in Antonium: Ne uerendum quidem est, ut tenere se posset, ut moderari. Horatius:

O' puer, ut sis Vitalis metuo.

### De Vt, pro quem admodum.

Cicero ad Brutum: Age uero, teste producto, credo te exclamationem Clodij aduocati audisse, que coniunctio iudic

iudicūm factā sit, ut me circūsteterint, ut aperte iugula  
sua pro meo capite P. Clodio ostentariint.  
Idem in Rullum: Sed omittō ut sit factus uterq; nostrum.  
Vergilius in Bucolicis:

- Aspice ut antrum

Sylvestris raris sparsit labrusca racemis.

Ouidius de morte Tibulli:

Aspice demissis ut eat miserabilis alis.

Horatius:

- Vidēn' ut geminæ stent uertice crista? Idem:

Vidēn' ut alta stet niue candidum Soracte?

De ut, pro quomodo, & interrogantis.

Plautus in Persa: Vt uales? Respondeatur, Vt quo.

Ibidem: Vt munitum tibi iussum est oppidum?

Idem in Trinummo: Quid agit tua uxor? ut ualet?

Idem: Vt uidetur mulier? Respondeatur, non ædepol mala.

Horatius:

Vt ualet? ut meminit nostri? Ouidius de Pontio:

Cernis ut exiguum corrumpant otia corpus.

De Vt, pro quomodo, sed cum quādām admirātione interrogat.

Plautus in Captiuis: Vt sēpe summa ingenia in occulto latente?

Idem in Rudente: Vt afflīctumur miserae?

Ibidem: Vides ne alteram illam ut fluctus elecit foras?

Ibidem: Vt p̄ timore ingenia in undas concidit?

Ibidem: Vt te amplector libens?

Ibidem: Vt ego amo te mea Ampelisca? ut dulcis es?

Idem in Mercatore: Vt diſsimulat malus?

Idem in Sticho: Vt ego te nunc conspicio libens? ut p̄ letitia lacryme profiliunt mīhi?

Cicero

Cicero pro Milone: Vt contempſit? ut pro nihil putauit?  
Eidem: Cucus autem noster, ô rem miseram et incredibili-  
lem, ut totus iacet? Vergilius:

- Vt te fortissime Teucrum

Accipio, agnoscōq; libens? ut uerba parentis?

Idem in secundo Aeneidos:

- Vt te post multa tuorum

Funera, post uarios hominumq; orbisq; labores,

Dcfessi afficimus? Horatius:

Vt iuuat pastas oues uidere properantes domum?

Idem:

Vt semper gaudes illudcre rebus Humanis?

Idem in Odis:

Vt gaudet infītiua decerpens pīra?

Vt, pro Līcet, uel Posito, uel Dato, ut  
nunc loquimur.

Cesar in Commentarijs: Ac iam ut omnia contra opinio-  
nem acciderint, tamen multo se plurimum nauibus posse  
perfūciebant.

Cicero Attico: Quis autem locus erit tutus, ut placatis uta-  
mūr fluctibus?

Idem Bruto: Nos te tuumq; exercitum expectamus: sine  
quo, ut reliqua ex sententia succedant, uix satis liberi ui-  
demur fore.

Idem de Oratore: Vt enim queras omnia, quomodo Græci  
inceptum appellant, non reperties.

Idem pro Publio Quintio: Ad me uentum est, qui ut sum-  
ma habarem cetera, temporis quidē certe uix satis habui,

ut rem tantā, tot cōtrouersijs implicitā, possem cognoscere.

Idem pro lege Agraria: Etenim ut circumspiciamus omnia  
qua populo grata atque iucunda sunt, nihil tam popularē

z quādām

quām pacem, quām concordiam, quām otium reperiemus.  
Idem in Antonium: Quod si pacis, id est, timoris nostri non  
men audiucrit, ut non referat pedem, infistet certe.

Idem in Philippicis: Legem illam appellare fas non est, et  
ut sit lex, non debemus illam Hircij legem putare.

Cato de Re rustica: Non est in nostra potestate, sed in na-  
ture, ut tamen multum sit in nobis.

Ouidius de Ponto:

Vt miki dij fauant, quibus est manifestior ipse,  
Pœna potest demi, culpa perennis erit.

Ibidem:

Luce minus decima dominam uenietis in urbem,  
Vt festinatum non faciat iter. Idem:

Vt multum demas nostro de corpore curæ,  
Non minus exhausto, quod superabit, erit.

Idem in Epistolis:

Vt terram inuenias, quis eam tibi tradet habendam?  
In eisdem:

Vt pelago suadente etiam retinacula soluas,  
Multa tamen latus tristia pontus habet.

Horatius in cpi:stolis:

Multæ sunt plateæ, nihil ut munitantibus obstat.

Titus Liuius ab Vrbe condita: Ex Brutio agro, qui ut o-  
mnis coleretur, exiguis tamen tanto alendo exercitu era.

Idem de bello Macedonicō: Vt trium numero scriptorum  
parum fidei sit, magnam tamen uictoriam fuisse appetet.

Vt, pro sicut.

Cæsar in Commentarijs: Horum autoritate finitimi addu-  
cti, ut sunt Gallorum subita & repentina consilia, eadem  
de causa Trebeium Terrasidiung: retinent.

Cicero ad Brutū: Habes ut breuiſſime potui genus iudicij.

Idem

Idem de Schæfute: Multæ etiā ut in homine Romano li-  
teræ erant.

Idem de Finibus: Pueri in quibus ut in speculis natura cer-  
nitur.

Idem in Bruto: Fuit ut rēporibus illis luculentus, iuris ual-  
de peritus.

Ibidem: Erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis ut tē-  
poribus illis, satis eruditus.

Titus Liuius ab Vrbe condita: Sacra publica, ut à Nume-  
erant instituta, facere.

Idem: Vt in tali tumultu portas inuadit.

Vt, pro utinam, execrando, uel optando.

Plautus in Persa: Vt istum dij deaq; perdant.

Idem in Mostell. Vt dij deaq; omnes me pessimis exēplis  
interficiat, nisi ego illa interfecro siti famcq;, atq; gelu.

Tertius in Heautontimor. Vt te omnes quidē dij deaq;  
quantum est Syre, cum tuo isto inuento, cum'que incepto  
perdant.

Idem in Adelphis: Vt Syre te cum tua monstratione ma-  
gnus perdat Iupiter.

Idem in Eunicho: Vt illum dij deaq; omnes scē perdant.

Vt, pro postquam.

Plautus in Sticho: Nam uiri nostri domo ut abierunt, hic  
tertius annus est.

Cicero in Anton. Est enim annus ut repulsam tullit.

Idem in Bruto: Nam ut illos de republica libros ceditisti,  
nihil à te sane postea accepimus.

Eidem: Vt ueni in Arpinum, cum ad me frater uenisset, in  
primis nobis scrmo, isq; multus, de te fuit.

Eidem: Vt primum iudices cōsciderunt, ualde disidere bo-  
ni coeperunt.

z z Eid

Eidem: Ut ab urbe discessi, nullum intermisisti diem, quin alii quid ad te literarum darem.

Idem Attico: Ut Athenas ad x. v. Calend. Quintiles ueniram, expectabam quartum diem Pompeium.

Ouidius de Ponto:

Nec quicquam ad nostras peruenit acerbius aures,  
Vt sumus in Ponto, perueniatq; precor.

Ve.

**P**Articula Ve, dici uix potest quanta cum uenustate et gratia ponatur ab antiquis. Legendo tamen et meditando melius consideratur. Disiunctiva enim coniunctio est, ut id significet quod Aut.

Cicero Attico: Appius enim ad me ex itinere bis ter' ue litteras misserat.

Eidem: Amici regis duo tres' ue perdiuites sunt.

Idem in Antonium: Cesco uti Caius Pansa, Aulus Hircius consules, alter ambo' ue defendant.

In eundem: Posthanc habitam cōcionem duabus tribus' ue horis hae literae uenerunt.

In eundem: Vti Caius Pansa, Aulus Hircius consules, alter ambo' ue rationem agri habcant.

In eundem: Quid cu decreuistis, ut cōsules alter ambo' ue ad bellum proficiscerent?

Sed eleganter geminata postponitur negatiue.

Cicero Lentulo: Peto a te, ut id a me ne' ue in hoc, ne' ue in alijs queras.

Idem in Oratore: Cōponere et strucere uerba sua, ut ne' ue asper corum cōcursus, ne' ue huic sit, sed quodammodo coagmētatus et lenis.

Ibidem: Id assequemini, si uerba extrema cum consequentibus

tibus primis ita iungetis, ut ne' ue asperre concurrant, ne' ue uastius diducantur.

Vergilius in Georgicis:

Ne' ue tibi ad solem uergant uineta cadentem,

Ne' ue inter uites corylum sere: ne' ue flagella

Summa pete.

Vsu uenire.

**V**Su uenire, uel Euenire, id est quod accidere contingere. Sed aliquid contingere aut accidere semel aut raro potest, quod non sit consuetum uel in usu. Vsu autem uenire, est id quod frequentius accidere. Modus est loquendi Latino candore insignis.

Terentius in Phormione: Nec enim huiusmodi tibi unquam usus uenit, ut conflictares malo.

Cicero App. pulchro: Quod si quis me astutiorē fingit, quid potest esse callidius, quam cum te absentē semper defendētim: cum præscriptim mihi usū uēturum nō arbitrari, ut ego quoq; à te absens defendēdus essem: nunc committerem, ut in iure optima me absentem ducerere possem.

Idem Cassio: Videor enim cum potestate loqui et iocari, nec tamen hoc usū uenit.

Idem in Oratore: Quid quod usū memoria patrum uenit?

Ibidem: Quid idem mihi spero usū esse uenturum in hac disputatione, quod in dicendo solet, ut nulla expectetur orata oratio.

Idem in Arte rhetorica: Idem in demonstratione solet usū uenire.

Et in eadem: Aut si quod in quibusdam rebus hominibus accidit, id dicitur usū uenire.

Ibidem: Duodecimus locus est, per quē indignamur quod nobis hoc primū acciderit, nec alicui unquam usū cucurrit.

Z 3 Idem

Idem pro Cluentio: Hoc cuius usū uenire posse querebat.  
 Idem Attico: Nūc uenit idē usū mihi, quod tu tibi scribis.  
 Eidem: Credo igitur hunc me non amare, at ego me amo,  
 quod mihi pridē usū non uenit.  
 Idem de Finibus honorum & mal. Sed cō credo quibusdā  
 uenire usū, ut abhorreant à Latinis.  
 Idem in Tusculanis: Quod ijs sēpē usū uenit, qui cū acri-  
 ter oculis deficientem solēm intuerentur, affectum omni-  
 no amitterent.  
 Idem pro Roscio Comœdo: Quod item nuper in Erote  
 Comœdo usū uenit.  
 Idem pro P. Quintio: Nam quid homini potest turpis,  
 quid uero miserius aut acerbius usū uenire? quod tantū eue-  
 nire dedecus?  
 Idem pro Sexto Roscio Amerino: Idem usū mihi uenit in  
 causa optima.  
 Idem in Verre: Hoc enim solet usū uenire ijs, qui in agris  
 redemerunt.  
 Varro libro secundo Rerum rusticarum: Id quod usū ue-  
 nit Baberio equiti Romano.  
 Ibidem: Quod usū uenit, memoria mandandum.  
 Asconius Pædianus hoc suo iure declarat, cum dicit: usū  
 uenisse, id est contigisse.  
 Vitruius: Quod in multis ciuitatibus solet usū uenire.  
 Titus Luuius ab Urbe condita: Quod ad eam diem nun-  
 quam usū uenisset.

### Valetudo infirma, Infirmitas ualetudinis.

**V**aletudo infirma, & Infirmitas ualetudinis, certo di-  
 cēdi modo à doctis illius perfecti seculi dicitur: quod  
 uno uero illiterati nō morbum, sed infirmitatem vocant.

Cicē

Cicero Tironi: Valetudinem istam infirmam (si me amas)  
 noli uexare.  
 Eidem: Vix in ipsis tectis & oppidis frigus infirma uale-  
 tudine uitatur, nedum in mari.  
 Idem Marco Mario: Si te dolor aliquis corporis, aut infir-  
 mitas ualetudinis tue tenuit, quo minus ad ludos uentres:  
 fortunæ magis tribuo, quam sapientiæ tue.  
 Idem pro Aulo Cluentio: Cecidisse ex equo dicitur, ex ho-  
 mo infirma ualetudine latus offendisse uehementer.  
 Idem pro eodem: Erat illo tempore infirma ualetudine  
 Habitus.  
 Idem de Oratore: In eius infirmissima ualetudine, affectusq;  
 iam etate.  
 Idem in Bruto: Nisi semper infirma, atq; etiam ægra ua-  
 letudine fuisset.  
 Idem de Legibus: Qui cū esset infirma ualetudine, hic eti-  
 am egit in literis.  
 Idem de Officijs: Propter infirmitatem ualetudinis nō po-  
 tut similis esse patri.  
 Paulus de mortis causa donationibus: Mortis causa dona-  
 re licet, non tantum infirmæ ualetudinis causa, sed periculi  
 etiam propinquæ mortis.

### Firmus, & Infimus.

Cicero Tironi: Te penitus rogo, ne tam longæ nauigatio-  
 ni & uiae per hyemem nisi bene firmum committas.  
 Eidem: Ibi te ut firmum offendam mihi Tiro effice.  
 Idem Attico: Scd hominem infirmum in villam apertam, ac  
 ne rudem quidem etiam nunc, inuitare nolui.  
 Eidem: Sed confido, si diligentiam quam instituisti, adhibue  
 ris, cito te firmum forc.

Nota ut Firmum, non ita Infirmum dici: sed Infirma

z. 4 ualetu

ualetidine, et Infirmus homo. Firmus autem homo non  
quam dicitur, sed absolute Firmus. Firmus enim integrum,  
uolidum, robustum significat. Infirmus uero non egrotum,  
ut illiterati dicunt, sed imbecillum, debilem.

Cicero in Academicis questionibus: Absideamus inquam, si  
uidetur: sane istud est, inquit, sum enim admodum infirmus.

Vt ne.

Elegantissima particula hæ binæ, Vt ne, idem signant  
quod Ne particula sola. Sed dicendi modus, quo literati  
simi illius felicis seculi utebantur, pro ratione est.  
Plautus: Nisi ut ne exurerem.

Idem in Aulularia: Vt ne abstulisse intelligam.

Idem in Mercatore: Atego expurgationem habebbo, ut ne  
succenseat.

Idem in Asinaria: Licet laudem fortunam, tamen ut ne sa-  
lutem culpcem.

Terentius in Hecyra: Nempe ea causa, ut ne id fiat palam.  
Idem in Eunicho: Vlciscar, ut ne impune in nos illuseris.

Ibidem: Itaq; ut ne id uideam, misera huic effugi foras.

Idem in Andria: Vt ne pater per me stetisse credat.

Cicero Curioni: Petui non ut decernatur aliquid noui,  
quod solet esse difficilius, sed ut ne quid noui decernatur.

Eidem: Sed tamen ita uelim, ut ne quid properes.

Idem pro Milone: Opera datur, ut iudicia ne fiant.

Ibidem: Si hic illi, ut ne sit impune.

Idem pro P. Sextio: Vt lex Helia, lex Fusia ne ualeret.

Idem in Verrem: Quid arbitramini Rheginos, qui iam ci-  
ues Romani sunt, uelle, ut ab ipsis marmorea Venus illa ne  
auferatur? Quid Tarentinos, ut ne Europam in Tauro se-  
dentem amittant?

Ibidem: Impetrant ut ne iacent.

Idem

Idem Lentulo: Non tam ut te impediret, quam ut ne quis  
propter exercitus cupiditatem, in Alexandriam uellet ire.  
Idem pro Ligario: Nam quid agis aliud nisi ut occidatur?  
ut Romæ ne sit? ut domo caret?

Ibidem: Vt ne sine Staleno in concilium irent.

Idem pro Cluentio: Statuit tamen, nihil sibi in tantis iniurias ac tanto scelere matris, grauius faciendum, quam ut illa matre ne uteretur.

Item pro T. Annio Milone: Nunquid igitur aliud in iudicium uenit, nisi uter utri insidias fecerit? profecto nihil:  
si hic illi, ut ne sit impune: si ille huic, tum nos scelere soluamur.

Idem Thermo: Operam des quo ad fides tua patietur, ut  
socrus adolescentis rea ne fiat.

Idem ad Brutum: Quare omni studio à te mi Brute cōten-  
do, ut Ciceronem meum ne dimittas.

Eidem: Vt eum à magistris ne abducam.

Idem Attico: Tantum igitur nostrum illud solenne scrue-  
mus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus.

Idem de Officijs: Modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene  
existimās, seseq; diligens, hanc causam habeat ad iniuriam.

Idē de Arte rhetorica: Vt ne alterius defendendi causa hūc  
accusare, sed hūc accusandi causa defendere alii uidetur.

Idem pro Cluentio: Me obsecrare cœpit, ut ne se se lege  
defenderem.

Idem pro P. Quintio: Ita possideto, ut Quintio ius ne au-  
feratur.

Idem qua populo gratias agit de reditu suo: At de me ut  
ne ualerent, semper senatus flagitauit.

Idem pro domo sua: Vt Marcus Tullius in ciuitate ne sit.

Ibid. Primum ut ne poena capitatis cū pecunia coniungatur.

z 3

Idem

*Idem pro Sexto Roscio Amerino: Ut ne plane illudamus ab accusatoribus.*

*Idem pro Rabirio Posthumo: Vos obsecro iudices: ut huic optimo viro, quo nemo melior inquam fuit, nomen equitis Romani, et usuram huius lucis, et uestrum cōspectum ne eripiatis.*

*Idem pro L. Muræna: Obsecro iudices, ut ne hominis miseri, et cum corporis morbo, tum animi dolore confestis, L. Muræna recentem gratulationem noua lamentatione obruatis.*

*Idem pro Gneo Rabir. Ut ne plura de pudicitia dicerem.*

*Idem pro Aulo Cæcina: Secundo, ut ne cum tam improbo homine tertio, ut cum tam stulto haberet.*

*Varro in libro Rerum rusticarū: Ut ne plus quarta pars eximatur mellis.*

*Vitruius: Ut ne plus pateant palmum.*

*Idem: Ut ab aquæ uī ne dissoluantur.*

*Titus Luivius de bello Macedonico: Id ut ne fiat, uno modo caendum arbitror.*

*Modestinus de confirmando Tute, l. Ut ne de cōfirmatis quærentibus tutoribus relinquamus.*

### Venire in mentem illius temporis.

**N**elegendum non est hic quoq; dicendi modus, apud optimos autores celebratus. Dicebant enim, Cum mihi in mentem uenit illius temporis: quem multi imitari ne- scientes immutant, ut rudi ac uulgato modo dicant: Cum mihi illud tempus uenit in mentem.

*Cicero Mario: Solet uenire in mentem illius temporis, quo proxime fuisse mus unā.*

*Idem in Verrem: Cum illius temporis mihi uenit in mentem.*

Ibid

*Ibidem: Non dubito quin in tanto tuo periculo tuorum libri scelerum ueniat in mentem.*

*Ibidem: Facite ut uobis triennij totius ueniat in mentem,*

*Ibidem: Venit enim mihi phantasiæ loci, religionis illius in mente.*

*Idem pro Publio Sylla: Sed cum mihi patriæ imaginis, cum uestrorum periculorum, cum huius urbis, cum illorū delubrorum atq; templorum, cum puerorū infantium, cum matronarum ac uirginum ueniebat in mentem.*

*Idem pro Sexto Roscio Amerino: Venit enim mihi in mentem oris tui.*

### Vel.

**Q**uanta gratia et uenustate splendet haec particula, vel modo illo dicendi in libris perfecti illius seculi, ita abstrusa, ut data opera ab diuinis illis uiris occultata ut debeat, quod rimantibus maiori, cum reperiatur, uoluptati esset. Non enim coniungit aliquid, disiungit, aut discernit, aut copulat, aut affirmat, ut aliqui dicunt. Sed id propriè significare uidetur, quod interrogates dicimus: Quid tibi de hoc uidetur? aut quid nūc dices? Sed melius ista ex subiectis considerabuntur.

*Plautus in Menæmis: Vel heræ illæ, que pallio me comprehendere, obsecraverunt, ut te hodie quasi pompam illæ preterducerem.*

*Ibidem: Dij uestram fidem, uel hic, qui nunc insanit, quam ualuit paulo prius?*

*Idem in Rudente: Vel papillæ cuiusmodi?*

*Terentius in Andria: Vel hoc quis non credat, qui te norit, abs te esse ortum?*

*Idem in Eunucho: Vel rex semper maximas mihi gratias agebat, quicquid effeceram, alijs non item.*

Idem

**I**dēm in Heautontim. Vel me hæc deambulatio, quām non laboriosa, ad languorem dedit?

**I**dēm in Hecyra: Vel hic Pamphilus quoties iurabat Bacchidi, quād sancte, ut quiuis facile posset credere nūquam illa uiua ducturum?

Vergilius:

*Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit.*

Horatius:

*Vel mea cum scuis agitat fastidia uerbis.*

C L A R V S est eius particulae aliis sensus, quo significatur. Etiam.

Cicero ad Atticum: Ut uel perire maluerit, quām perdere omnia.

Ad eundem: Occupationum mearum uel hoc signum erit, quod epistola librarij manu est.

*V*sq; dum.

**V**Sque dum, hæc duæ particulae composite, idem significant quod Vsquequo, uel Quoad. Abierunt tamen per incuriam à communī sermone fere in desuetudinem.

Cicero in Verrem: Factur id, quod negari non potest, se priuatum hominem, prædonum duces uiuos atq; incolumes domi sue, posteaquā Roman redierit, usq; dum per me licuerit, tenuisse.

Catullus: Hic me grauedo frigida, et frequens tuſis qualitatis, usq; dum in tuum ſinum fugi.

*V*illa rudis, Terra rudis.

**V**illa rudis, Terra rudis, quid cſſet, pauci (ut opinor) aduerterunt. Eſt enim que prius proſcissa non fuit, ſed intacta, et (ut uulgò dicunt) noua.

Cicero Quinto fratri: In uillam apertam, ac ne rude quidem ducere nolui.

Varro de Re rustica: Terram rude proſcindere oportet.

Ibid

**I**bident: Illud quoq; multum intereft, in rudi terra, an in ea ſeras, quæ quotannis fit obſita, quæ uocatur reſtibilis.

Quidius in Metamor.

-Rudis indigestaq; moles.

Catullus in Argonautica:

*Illa rudem curſu prima imbuīt Amphitriten,  
Quæ ſimul ac roſtro uentosum proſcidit æquor.*

**V**biuſ gentium, Quisquā gentiū, **V**biſ gentiū, **V**bi terrarū, Quid rerū, &c.

**V**Ndequaq; palet, Latinitatem nil aliud eſſe quām certum modum loquēdi: **V**biuſ gentium, Quisquā gentium, **V**biſ gentium, **V**bi terrarū, Aliquò terrarū, Quoquò gentium, **V**bi loci, Quid rerum, Quo locorum, et huic iusmodi, præcipua ſunt obſeruatione dignissima.

Plautus in Merca. **V**binam eſt is homo gentium?

Ibidem: Minime gentium.

Ibidem: Nusquam gentium.

Ibidem: Illam querere, quoquò hinc abducta eſt gentium.

Idem in Pſeudolo: Neq; libellæ ulla ſpes fit uſquam gentiū.

Idem in Afinaria: Vnde gentium?

Idem in Aulularia: Neq; ligna ego uſquam gentium præberi uidi pulchrius.

Idem in Mili. Conueniam illum ubiubi erit gentium.

Idem in Bacchidibus: Sequere hac me. Reſpondetur, quo gentium?

Idem in Afinaria: Perij ego oppidō, niſi Litanum inuenio iam, ubiubi eſt gentium?

Terētius in Hecyra: Cui quando fuerat præstabilius ubi uis gentium etatcm agere?

Ibidem: An quisquam gentium eſt æque misera?

Cicero in Catil. O dy immortales, ubinam gentium ſumus?

Plau

Plautus in Amphitryone: Non adcpol nunc ubi terrarum sim scio.

Idem in Merc. Vbi locires summa nostra publica?

Terentius in Phormione: Quoquò hinc asportabitur terrarum, certum est prosequi aut perire.

Cicero Attico: Eisi mihi nihil erat propositū ad scribendū, quia qd ageres, ubi terrarū essem, ne suspicabar quidē. Ibid. Neq; adest isthīc, neq; ubi terrarum sit scio.

Decius Brutus Bruto et Casio: Fortune cedendū, ex Italia migrandū Rhodium, aut aliquō terrarum arbitror.

Cicero in Philippicis: Qui ubi terrarum sit, quid agat, uituat deniq; an mortuus sit, quis aut fecit, aut curat?

Ibidem: Vbi cinque terrarum sint, ibi est omne reipublicæ praefidium.

Idem pro Rabirio Posthumo: Nunc uero quid agimus? ubi terrarum sumus? Horatius:

Mitte sectari rosa quā locorum

Sera moretur.

Titus Liu. ab Urbe condita: Qd terrarū uelint traiectū.

Idem de bello Pun. Percontatur ubi terrarum esset.

Idem de bello Maccdonico: Se tacitos abire quo terrarum possent, in animo habuisse.

Plaut. in Rudete: Sed Grippus noster quid rerum geris?

Catullus: Quid rerum geritis?

Plautus in Aulularia: Sed quid hoc clamoris oritur hic ex proximo? Horatius:

Quid hoc ueneni se uit in præcordijs?

Vſq;

**P**ropositio Vſq; obseruatione dignissima est. Coniungitur enim plerumq; à perfectis illis cum alijs præfinitionibus A, Ab, Ad, Ante, E, Ex. Interdum etiam cu aduerbio,

uerbio, Pridie, Postridie, Dum, Istinc, magna cum uenustate. Quem dicendi modum qui non tenent, errorcm aut male Latinitatis esse, aut scripture peruerositatem putant.

Vſq; ad.

Cic. Attico: Ibi esse uolo usq; ad pridie Calend. Maias.

Ibidē: Nos in Formiano esse uolumus usq; ad pridie Nonas Maias.

Eidem de Q, fratre: Nuntij nobis tristes nec uarij uenerunt, ex ante dicim Nonarum Iunij, usq; ad pridie Calendas Septembbris.

Titus Livius ab Urbe condita: Usque ante dicim quintum Calend. Maias. Ouidius in Metamorph.

Adusque

Decolor extremo quā cingitur India Gange.

Vſq; à, usq; ab.

Plautus in Rudente: Longe usq; à campis ultimis.

Idem in Trinummo: Vſq; ab stirpe.

Idem in Persa: Quas tu attulisti mihi ab herbo meo usq; ē Persia.

Idem in Sticho: Vbi perpruriscamus usq; ex unguiculis.

Terentius: Ex Aethiopia est usq; hæc.

Cicero pro Aulo Cluentio: Comperi mulierem quandam Larino, atq; illam usq; à mari supero Romam profici cum magno comitatu.

Idem in Verrē: Hoc illi nauigio ad omnes populi Romanii hostes usq; ab Diana, quod in Hispania est, ad Sinopem quæ in Ponto est, nauigauerunt.

Idem in Vatinium testem: Quod augures omnes usque à Romulo decreuerunt. Vergilius:

- Vſq; à proavis uetus ordinis etas.

- Siculo profexit ab usq; Pachino.

Idem.

Vſq;

**V**sq; dum id est donec.

Plautus in Menæb. Vsq; dum regnum obtinebit Iupiter.  
Cicero pro P. Quinto: Iacet res in controversijs isto ca-  
lumniante biennium usq; dum inueniretur.

Catullus:

Quæ tibi sine fine  
Seruit, usq; dum trcmulum mouens  
Canæ tempus anilitas  
Omnia omnibus annuit.

**V**sc̄ eo, id est, tandem.

Cicero de Natura deorum: Vsq; eo premere earum capita  
mordicus, dum captum amitteret.

Idem pro Sexto Roscio Amcrino: Sed usq; eò quid arguas  
non habes.

**V**sc̄ istinc.

Cicero Attico: Nostri sonitus nostros, tanti fuerunt, ut ego  
breuior sim, quod eos usq; istinc exauditos putem.

Vacuum à culpa, à periculo,  
à dolore.

**O**bseruandus est hic quoque dicendi modus, quo rari  
post felix illud doctorum seculum usi sunt: post que  
tempora mira paucitas bonarum literarum, et apud pau-  
cos resedit. Nam quotusquisq; est, qui posteā non Vacuum  
culpa, Vacuum periculo, et Vacuum dolore, dicat? Anti-  
qui autem illi Vacuum à culpa, Vacuum à periculo, et Va-  
cuum à dolore, et huiusmodi addita præpostitione dicebat.

Cicero in Verrem: Nam ipsa Messana, quæ situ, moenibus,  
portuq; ornata sit, ab ijs rebus quibus iste delctatur, sane  
vacua ac nuda est.

Idem Attico: Sin eris ab isto periculo vacuus.

Idem de Officijs: Adhibenda est vacuitas ab angoribus.

Idem

Idem de Finibus bonorum et malorum: Quod is locus ab  
omni turba id temporis vacuus esset.

Idem Quinto fratri: Sin eris ab isto periculo vacuus, ages  
scilicet, si quid agi posse de nobis putabis.

Idem de arte Rhetorica: Si animus à talibus factis vacuus  
et integer esse dicetur.

Idem pro lege Manilia: Ita, neq; hic locus vacuus unquam  
ab ijs, qui nostram causam defenderent: et meus labor in  
priuatorum periculis caste, integrè, uersatus, ex uestro  
iudicio fructum amplissimum est consecutus.

Idem de Provincijs consularibus: Nam quis hoc tempore  
non sentit omnia alia esse uobis vacua ab omni periculo,  
atq; etiam ab omni suspicione belli?

Idem pro Deiotaro: Sed tamen quicquid à bellis populi Ro-  
mani uacabat, cum hominibus nostris consuetudines, amici-  
tias, res, rationesq; iungebat.

Idem ad equites Romanos: Profecto istis hora nulla, cie-  
sto M. Tullio, vacua à periculo.

Sallustius in Catilinar. Quod si quis etiam à culpa ua-  
cuus, in amicitiam eius liber inciderat, quotidiano usu atque  
illecebris facile par, similisq; ceteris efficiebatur.

Titus Liuius ab Urbe condita: Ne quando à metu ac peri-  
culis uacarent.

**V**enire hereditas.

**V**enire hereditas, Latine dicitur id, quod multi dicūt,  
In hereditatem succedere.

Cicero in Verrem: Cuius filiae cum à propinquo heredi-  
tas permagna uenisset.

Ibidem: Præsertim cum tibi illo ipso anno ē Chelidone ue-  
nisset hereditas.

Ibidem: Hic Verres hereditatem sibi uenisse arbitratus

A est,

est, quod in eius regnum ac manus uenerat iste.  
 Ibidem: Quampridem sibi haereditas uenisset, docet.  
 Ibidem: Omibus ijs quibus haereditas uenerit, cohæredem  
 prætorem esse oportere.  
 Ibidem: Quid haec haereditas, quo prætore Dionis filio  
 uenerat?  
 In eundem: Audiuit Dioni ciudam Siculo permagnam ue-  
 nisse haereditatem. Et paulopost: Huic haereditas facile ad  
 sextertium tricies uenit, testamento propinqui sui Heracij.  
 Ibidem: Se de haereditate uelle cognoscere, que eius filio à  
 propinquo homine Apollodoro Laphicone uenisset.  
 Idem in Philippi. Haereditatem mihi negasti uenire.  
 Idem de arte Rhet. De haereditate que uenit pupillo.  
 Idem pro L. Flacco: Tu Tite Vceti, si qua tibi in Africa ue-  
 nerit haereditas, ius amittas.  
 Ibidem: Quid, ab ingenuis mulieribus haereditates lege non  
 uenint?  
 Idem pro Aulo Cæcinna: Mibi credito, maior haereditas ue-  
 nit unicuique nostrum in ijsdem bonis à iure et à legibus,  
 quam ab ijs, à quibus illa ipsa bona relista sunt.  
 Idem pro L. Flacco: Maximas audio tibi L. Luculle, qui de  
 L. Flacco semetiam latus es, pro tua eximia liberalitate,  
 maximisque beneficiis in tuos, uenisse haereditates.

## Vicarius.

~~Vicarius~~ Vicarium cum esse, qui aliuus uices gerat planissi-  
 mum est: ut quas ijs subdam autoritatibus palam fieri,  
 quod nullis absconditum in eo uocabulo fierat. Est enim  
 alio sensu Vicarius, seruus qui serui uices gerit. Ab eo, ut ar-  
 bitror, postea in alios quoque uis uocabuli transiit est.  
 Plautus in Asinaria, ex persona Leonide serui: Mibi scio  
 uicarium esse, neque esse seruum in heri ædibus, qui sit plu-  
 ris quam

ris quam ille sicut.

Cicero in Verrem: Peculia omnium, uicarijque retinentur.

Horatius:

Siue uicarius est, qui seruo paret, ut est mos  
 Vestor, ait, seu conseruos.Paulus de noxiis actionibus, lege, Si in re: Si seruus  
 tuus naucum exercuerit, eiusque uicarius, seruus, et idem nau-  
 ta in eadem nau iannum dederit.Idem de Manumissis, lege: Si peculum prælegatum est, et  
 uicarius liber esse iussus fit.Vlpianus de insitioria actione, lege, Sed et si: Si à seruo  
 tuo operas uicarij eius conduxero.

## Versum, Versus.

**Q**uae cum Versum, uel Versus, cōposita sunt, mirificam in Latinitate elegantiam oblinent: suntque uel  
 precipua observatione dignissima.

Quoquouersum aduerbium, ad locum,  
 id est, uersus quemcunq; locum.Cæsar in Commentariis: Eius imperio classem quoquouer-  
 sum dimittunt.Ibidem: Quoquouersum quod pabulandi mihi adire posse  
 uideantur.Ibidem: Rates duplices quoquouersum pedibus x x x. è  
 regione solis collocabat.

Cato de re Rustica: Pedes denos quoquouersum habent.

Quaqueuersum, id est, per quem  
 cunque locum.

Cæsar in Commentari. Legatos quaqueuersum dimittere.

Aliquouersum, id est, uersus ali-  
 quem locum.

Plautus in Casina: Ego pol istam iam aliquouersum re-

A 2 gulam

gulam dedero.

**A**liò uersum, id est, uersus alium locum,  
uel per translationē, ob aliā causam.  
Plautus in Aulularia: Atqui ego isthuc Anthrax aliò uer-  
sum dixeram.

**V**troque uersum, id est, uersus  
utrunque.

Plautus in Captiuis: Vtrog; uersum rectum est ingenium,  
ad te, atque ad illum.

**D**eorsum uersum, id est, uersus infe-  
riorem locum.

Varro de Lingua Latina: Dcorsum uersum ad singularia  
perueniunt.

**S**ursum uersum, id est, uersus supe-  
riorem locum.

Cicero in Partitionibus oratorijs: Et idem quasi sursum  
uersum utroque dicatur.

Idem de Oratore: Cum gradatim sursum uersum redditur.  
Cato de Re rustica: Vites propages sulcos sursum uersum;  
quoad eius facere poteris, uites facito uti ducas.

Ibidem: Sursum uersum semper adducito.

Ibidem: Vicia dicta à uinciendo, quod item capreolos habet  
ut uitis, quibus sursum uersum serpit.

Paulus de gradibus affinitatis, lege, Iuris consultus: Sursum  
uersum, uel deorsum uersum tendens. & subdit; Primo gra-  
du cognitionis sunt sursum uersum duo, pater & mater:  
deorsum uersum duo, filius & filia.

**D**eorsum uersum.

Terentius in Adelphis: Clius deorsum uersum, hacte  
precipitato.

Varro libro secundo rerum Rusticarum: Linulis deor-  
sum uer-

*hastarij  
sa*

*hastia  
taxo*

sum uersum presis.

**V**spiam.

**V**spiam quasi scintilla quedam in oratione resulget,  
cum à recte considerantibus obseruatur. Nec quic-  
quam meo iudicio magis sermonem illustrat, quam par-  
vula hæ clausula, que à plerisque quoniam sunt omis-  
se, illaudata corum ac sordida surgit oratio. Loco huius  
particulæ Vspiam, multi incepit. In aliquo loco, dicunt.

Cicero Attico: Sed tamen hoc me ipse consolabar, quod non  
dubitabam, quin te ille aut Dyrrachij, aut in istis locis  
uspiam usurus esset.

Eidem: Inde utrum consistere uspiam uelit, an mare trans-  
ire, nescit.

Idem in Academicis: Siue est illa scripta uspiam, siue nuf-  
quam.

**V**ti frui, Dare legare, Dare præstare,  
Dari fieri, Esse bibere, Ire agere.

**D**uo uerba, eorumq; infinita, nulla copula coniuncta,  
se numero apud antiquos repertuntur, nulla ratio-  
ne, sed solo modo loquendi. Vti frui, Dare legare, Dare  
præstare, Dari fieri, Esse bibere, Ire agere.

**V**ti frui.

Caius de acquirendo rerum dominio, lege, Acquiritur: Ha-  
bet ius utendi fruendi.

**D**are legare.

Iabolenus de statu liberis, lege, Stichum: Titio do lego.

Paulus ad legem Falcidianam, lege prima: Easq; res quibus-  
que dare legare uoleat.

**D**are præstare.

Scœuola de statu liberis, lege, Sticho: Iubeo det præstet filio  
& uxori meæ.

**A** 3 **D**ari

Dari fieri.

Idem de inofficiose testamento, lege Titia: Quae supra dari fieri iubet, & dari fieri uolo.

Esse bibere.

Vlpianus de actionibus empti & uenditi, lege, Ex emplo: Qui iumenta uendit, solet ita promittere, esse, bibere, ut oportet.

Ire agere.

Celsus de seruitutibus, lege, Si cui: Ire agere licet.

Idem eodem titulo, lege per fundum: Qui plurimum est, ius mihi esse eundi agendi potest.

Paulus eodem titulo, lege, Servitudes: Per aream tuam in domum meam ire agere ceperisti.

Idem eodem titu. l. Si prius ius esset mihi ire agere.

Idem de aqua pluviali arcenda, lege, Supra iter: Sed pon- tem quo possis ire agere, iure extret.

F E C E R V N T negotia: tum forensia, tum domes- tica, quibus posteaquam Romanam redij, ualde destineor ut non singula (ut par erat) accurate seduloque regustauerim, & suo quaque rem loco disposuerim. Quare legetes que so, uitio nubi ne dent, si quid priueter ordinem aut perperam notatum repererint.

*antegredi  
borfiant* Contendo & Remitto, *aflox archy*  
**N**on ab re, neque superuacancum putavi aliquid elidere. Scribere de modis dicendi, quibus proscruntur uerba Intendo, sive Contendo, & Remitto, que contraria sunt, & Astringo sive Denso, ac Relaxo, que item diuersa sunt, & Contraho, ac Dilato, similiter contraria: quae à diuersis diuerso quidem sensu accipuntur. Quare qui tot in unum congregatae autoritates legerint, dubitare deinceps & uaria- re desierint. Primo de Intendo & Remitto.

Cicero

Cicer in Tusculanis: Ut onera cōtentis corporibus facilius ferūtur, remissis opprimitur: simulime animus intentione sua pressum depellit omnem ponderum, remissione autem sic urgetur, ut se nequeat extollere.

Idem in Oratore: Oculi sunt, quorum intentione, tum remis- sione, tum coniectu, tum hilaritate, motus amorum signifi- ficamus.

Titus Luivius ab urbe condita: Remisso fune quo suspensa erat, cataracta m. igno sonitu ccc: dicit.

*prefor mū* De Astringo & Relaxo. *affix carbo paretas*

Cicer in Nat. deo. Eaq: tum astringitur, tum relaxatur.

Ibidem: Quemadmodum autem reliqua cibi propellantur, tum astringentibus se int. stin. tum relaxatibus: hand sane difficile dictu est.

Idem Attico: Vellem suscipiess iuuencum regendum, pater enim nimium indulgens, quicquid ego astringi, relaxat.

Idem in Antonium: Neq: tamen uos urget mandatis plu- ribus: remittit aliquantum, & relaxat.

Vergilius:

Densat, erant que rara modo: et que densa, relaxat.

*CHROON* De Contraho & Dilato. *extendit an festo*

Cicer in Nat. deo. Partes que sunt infra quam id decora- tur, dilatantur: que autem supra, contrahuntur.

Ibidem: Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum spiri- tu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis.

Per translationem autem dicitur remittere & relaxare animum, hoc est, non semper curis intentum esse.

Cicer in Philippic. 2. Tamen si modo homines sunt, interdum animis relaxantur.

Idem Bruto: Tantam spem attulerat explorata tua uicio- ria, ut omnium animi relaxati sint.

A 4 Ident

*Idem de Legibus:* Et cum remittit animos, tum contrahit.  
**Q**uod multi inscite quidem, et minus Latine dicunt  
*V*sque nunc, *V*sque tunc, *V*sque ad id tempus: perfe-  
*C*ti illi Romani sermonis parentes, Etiam nunc, Etiam tunc,  
*u*el Etiam num, Etiam tum dicebant. *Quod quandoq; præ-*  
*ter supradicta, Adhuc, significat.* Posteri (ut alia multa) in-  
*uerterunt.*

### Etiam nunc.

- Plautus in Aulularia:* Abscede hinc etiam nunc, etiam obe.  
*Idem in Milite:* Etiam nunc uale.  
*Idem in Asinaria:* Etiam nunc dico, Periphanes Rhodus  
*mercator duus absente hero, solus mihi talentum argenti*  
*soli adnumeravit.*  
*Cæsar in Commentarijs:* Atq; hortabatur, incerto nūc etiam  
*exitu victorie.*  
*Cicero pro L. Muræna:* Homines tam ingeniosos per tot  
*annos etiam nunc statuere non posse, utrum diem tertium*  
*dici oportet.*  
*Idem pro Sexto Roscio Amerino:* Salui etiam nunc esse  
*possimus.*  
*Ibidem:* Queritur etiam nunc, quis eum nuntiavit? *answ.*  
*Idem de Oratore:* De materia loquor orationis etiam nunc,  
*non de genere ipso dicendi.*  
*Idem Attico:* Vide quæsto etiam nunc de testamento.  
*Eidem:* Brutus erat in Veside etiam nunc.  
*Eidem:* Etiam nunc si dubitas, fac ut sciamus.  
*Idem pro lege Agraria:* In quibus ille etiam nunc bellum  
*gerat.*  
*Idem de Divinatione:* Ut mibi permirum videatur quen-  
*quam extare, qui etiam nunc credat ijs.*  
*Idem in Verrem:* Etiam nunc mihi expectare uidemini  
*judices*

judices, quid deinde factum sit.

*Idem de Arte rhetorica:* De altera patris etiam nunc mor-  
*tui uoluntas plurimum ualebat.*

*Idem pro Cluentio:* Quo de homine nihil etiam nunc dice-  
*re nobis est necesse.*

*Idem pro Tito Annio Milone:* Cur tamē si metuitur etiam  
*nunc Milo, non tam hoc quotidianum crimen timemus?*

*Varro de Lingua Latina:* Quod crepusculum dies etiam  
*nunc sit, an iam nox, multis dubium.*

*Idem libro I II. Rerum rusticarum:* Cuius aues hospitales  
*etiam nunc ructor.*

*Ibidem:* Rustici etiam nunc quoq; uiam uacham appellant.  
*Publius Lentulus consulibus, prætoribus, tribunis plebis, se-*  
*natui, populo plebiq; Romane:* Vi patientiam senatus et  
*optimi cuiusq; manere etiam nunc considerent.*

*Ouidius de Arte amandi:*

Dum licet, et ueros etiam nunc editis annos.

*Idem in maiori opere:*

Nec Telamonides etiam nunc hiscere quicquam  
*Audeat.*

*T. Livius de bello Punico:* Quid est Hanno, inquit, etiam  
*nunc poenitet belli suscepti aduersus Romanos?*

*Etiamnum.*

*Plautus in Menæchmis:* Ibo etiamnum.

*Varro de Re rust.* Cum etiamnum platanus nouella esset.

*Etiam tum.*

*Terentius in Heccra:* Ne educū fōas, narratq; ut uirgo ab  
*se integra etiam tum siet.*

*Cicero de Oratore:* Omnes etiam tum retinebant illum Pe-  
*riclus succum.*

*Ibidem:* Cum etiam tum in lecto Crassus esset.

A 3 Varro

Varro de Rustic. Vincas ueteres iterum occare, et nouellas etiam tertio, si sint etiam tum glebae.

Iam tum, Iam nunc, aliud certe est, significatq; id quod Ex tunc, Ex nunc incepit dicunt.

Cicero pro Aulo Lycinio: Ita se iam tum gesisse pro civeis temporibus, que tu criminaris.

Idem in Verrem: Iam tum cum bello fugitiuorum tota Italia ardret.

Idem pro Cluentio: Qui omnes in iudiciis publicis iam tum florente Romano populo floruerunt.

Vergilius:

Iam tum religio pauidos terrebat agrestes.

Iam nunc.

Cicero de Diuin. Iam nunc mente et cogitatione perspicio, que tum studia hominum, qui concursus futuri sint.

Ibidem: Que cum cogito, iam nunc timeo.

Vergilius in Georgicis:

-Et uotis iam nunc assuefec uocari.

Propertius:

-Iam nunc me sacra Diana.

Suscipere, et Veneri ponere uota iunat.

Prudens, Imprudens legum.

**O**bservandus est et hic dicendi modus, Prudens, Imprudens legum, et in legibus, iuris, et c.

Cicero de Arte rhetorica: Imprudentes legis cum exissent, uitulum immolauerunt.

Idem de Amic. Quia prudens esse in iure ciuili putabatur.

Habere quaestui, Habere honori, Habere praedae, Habere uoluptati.

**H**abere quaestui, Habere honori, Habere praedae, Habere uoluptati: modi dicendi elegantissimi non solum inter-

intermisisti, uerum etiam ueluti de industria omisi.

Cicero de Offic. Habere enim quaestui rem pub. non modo turpe est, sed sceleratum etiam et nefarium.

Sallustius in Jugurth. Sed incedunt per ora uestra magnifice, sacerdotia et consulatus, pars triumphos suos ostentantes, perinde quasi ea honori, non praedae habeant.

Idem in eodem: Et alia, que ceteri miseras uocant, uoluptati habuissent.

Certum habere, Pro certo habere.

**C**ertum habere, Pro certo habere, Certum scire, Certo scire, modi sunt loquendi candidissimi.

Cicero ad Atticum: Neque id ipsum tamen certum habeo. Idem ad eundem: Quod queris quandiu, hic paucos dies, sed certum non habeo.

Idem Bruto: Neque nuntiabatur quicquam, quod pro certo haberemus.

Certum scire, Certo scire.

Cicero Bruto: Cum certum sciero, scribam ad te.

Idem eidem: Nostre res meliore loco uidebantur, scripta enim ad te certe scio que gesta sint.

Ad rem pertinet, Ad rem facit.

**H**oc ad rem pertinet, non pertinet; Hoc ad rem facit, non facit, quod est, non conuenit: modus est idem dicendi, quo iam parum aliqui utuntur, sed pro eo inscite dicunt: Hoc ad propositum facit, uel pertinet, aut, Ad propositum non facit, uel non pertinet.

Cic. in Epist. Et si quid ad rem pertinet, etiam locupletem.

Ouidius in Epistolis:

Ad talem formam non facit iste locus. Idem:

Non facit ad citharas barbiton illa medas.

Julianus de uerbo oblig. l. Eum: Qui nec ad rem perinet,

Papir

Papinianus de conditionibus, l. Pater: Nec ad rem pertinet  
re, si portionem filiorum sive substitutionis quæsisset.

### Summum, Minimum.

**S**Vmmum, Minimum: modo hoc loquendi significatur,  
quod illiterati dicunt, Ad maius, Ad minus.

Cicero Attico: Scias igitur fortasse cras, summum peredie.  
Varro de Re rustica: Ita fiant omnium partes minimum  
ostoginta una.

Ibidem: Harum genera minimum in binas species diuidi  
possunt.

T. Liviis de bello Maced. Cum tribus sumnum militibus.

**M**axime omnium, Minime omnium.

**Q**uod infite dicunt, Plusquam omnes, Minus quam  
omnes: Maxime omnium, Minime omnium, antiqui  
dicebant.

Cicero in Bruto: Qui maxime omnium nobilium Græcis  
literis studuit.

Idem de Orat. Quod quidem tu minime omnium ignoras.

Hoc me mouet.

**D**icebant antiqui, Hoc me non mouet, uel Hoc me mo-  
uet, quando res aliqua non illi cordi erat: uel contraria  
cum maxime urgebat aut premebat.

Cæsar Curioni: Neque illud me mouet, quod iij, qui à me di-  
missi sunt, discessisse dicant.

Cicero Attico: Vnus Pompeius me mouet beneficio, non  
autoritate.

Paulus de usu & usufructu, l. Sempronius: Mouet me, quod  
dics legati huius sive fiduci commissi cesserit.

**V**erba quædam modo neutra abso-  
luta, modo actiua simplicita.

**O**bseruam uerba nonnulla modo neutra absoluta, mo-  
do actiua.

dò actiua simplicita in scriptis illorum perfectorum auto-  
rum uersari, que nō ab re putau (ut usui lectoribus essent)  
litteris mandare.

### Horatius:

- Comis garrire libellos. Idem:
- Huc appelle, trecentos inseris ohe. Idem:
- Nec mea saevis Iurgares. Idem:
- Fidis enim manare poëtica mella.

### Te solum.

Sylvas & uineta crepat mera. Idem:

Si quid Stertinius ueri crepat. Idem:

### Et qua pars quadret aceruum.

Libenter hoc & omne militabitur bellum

In tua spem gratia. Idem:

Præterea ne nos titillat gloria, jure

Iurando obstringam.

Cicero de Officijs: Hæc est grauium hominum atq; magno  
rum, illa quasi assentatorum populi, multitudinis levitatem  
& uoluptatem quasi titillantium.

Idem de Finibus bonorum & malorum: Si ea uoluptas ef-  
fect, que quasi titillaret sensus.

### Experiens uir.

**E**xperiens uir, Arator experiens, corrupto modo dicen-  
di, id est, quod dicunt, Vir expertus, Arator expertus.

Cicero pro Cuent. Aulus Aurius uir fortis & experiens.

Idem in Verrem: Aliquis experiens arator.

### Horatius:

Et decus, & pretium recte petit experiens uir.

### Tangere de celo.

**T**angere de celo, negare nemo audeat certo dicendi  
modo in Latinitatem introductum esse. Id enim signi-  
ficit

ficat quod peruersè dicunt Fulminare.  
Cato de Re rustica: Si de cœlo villa tacta siet, de ea reue-  
ba diuina uti fiant procuret.

Vergilius:

De cœlo tactus memini prædicere quercur.

Dare promissa.

**D**Are promissa, est & hic aliis perelegans dicendi mo-  
dus, distinctus ab eo quem antea notaui. Facere pro-  
missa. Nam hoc pro alio spondere, illud per se pollicri-  
gnificat.

Catullus:

At non haec quondam blando promissa deditis?

Vergilius:

Non haec Euandro de te promissa parenti

Discedens dederam.

In apertum proferre.

**I**N apertum proferre, nil aliud, quam (ut dicunt) In pu-  
blicum vulgarc. Sed modus antiquus dicendi obseruan-  
dus est.

Cicero in Paradoxis: Hoc tamen opus ut in apertum pro-  
feras, nihil postulo.

Horatius:

In aperitum proferet etas.

### A D R I A N I C A R D I N A L I S

de sermone Latino, modisq;

Latine loquendi,

Finis.

### A D R I A N I C A R-

D I N A L I S S. C H R Y S O-

goni, ad Ascanium Cardinalem

S. Viti Viccancell-  
larium,

V E N A T I O.



I A surgite, nunquid excitauit  
Dudum raucifono Diana cornu?  
Actutum properate, iam parata est,  
Et secum Ascanius suis paratur.

Venatoribus hac die est eundum,  
Qua Salaria prospicit lacunas

Claras sulfure Tiburis superbi.

His dictis juuenum ruunt manipli  
De conclaibus omnibus frequentes.

Hic uenabula, cuspides abenidas,  
Aeratas ualidasq; fert bipennes.

Ille hastilia, ferrcas secures,

Cruda spicula Martis uniuersi.

Deducunt alij canum phalanges.

Latrantes abeunt simul molosii,

Mox indaginis unice sagaces.

Tollunt retia rara mulones.

Procedit dea prosequente magna

Caterua, chlamydem recincta pictam,

Ventilantibus aurcis capillis.

Suras purpurei tegunt colubri,

Aurata ex humcro sonat pharetra.

Iungit Ascanius suas cohortes

Soleriusimus unus inter omnes.

Sublim

Sublimes Libycis equis uehuntur.  
 Aurora interea thorum relinquent,  
Quadrigit roscis diem uehebat.  
 Ventum est ad iuga, deuiosq; salius:  
 Conuallis quibus obsidetur ingens.  
 Præterlabitur hanc secatq; riuus  
 Rauco murmure, leuibus salebris,  
 Limo sordidus, hinc & inde ripas  
 Multa tectus arundine & palustri  
 Iunco, nec procul albicat fulictum.  
 Dextra, qua uidet Herculis popellum,  
 Clivi sylua latus tenet finistri.  
 Floret perpetua, uireiq; iuxta  
 Vasta planities feracis agri,  
 Ut signum Ascanius dedit, repente  
 Sortiti iuvenes uices laborum,  
 Seruat quisq; sui locum negoci.  
 Hi uallant aditus, nemusq; cogunt.  
 Hi per inuidia lustra muſitantes  
 Vt stigare feras docent catillos.  
 Extendunt alij plagas dolosas,  
 Disponunt alij feros molossoſ.  
 H e sub ilice, & ille sub uetus.  
 Quer cuſterniūt: hunc tegit ſupinum  
 Granis iuniperi uirentis umbra.  
 Densa ſub platano & comis opaca,  
 Que de colle leui tumore ſurgit,  
 Dua & Ascanius ſimul recumbunt.  
 Omnes ſolliciti uidere, quenam  
 Ex tanto ueniat labore præda.  
 Ecce protinus horridus, feroxq;

Aper

Aper ſpumeus ore, dente frendens,  
 Volvris trux oculos modo huc, modo illuc,  
 Dorſo horrentibus hiſpidisq; ſetis,  
 Calloſa cute caute duriore,  
 Excitus canibus per antra fertur  
 Præceps, uulnificis utring; roſtris,  
 Stipatus grege mordicus petentum,  
 Aures & latus omne lancinantum.  
 Accurrit dea, nec globus ſinbat  
 Quicquam præter apri uidere riſtum,  
 Deprompsit pharetra illico sagittam,  
 Lunauitq; genu potenter arcum,  
 Et iacit. V olat illa quā uideri  
 Riſtus uix poterat, ſecansq; biatus  
 Per præcordia labitur. Quis unquam  
 Vati crederet: ultimos recessus  
 Caudæ transfabijt, ſolumq; fixit.  
 Procumbit quadrupes humi uolutus,  
 Tendens ilia, calcibusq; fruſtra  
 Alternis uacuas lacſit auris.  
 Flumen ſanguinis undat ex barathro  
 Vasti gutturis, hiſpidaq; cauda.  
 Dum ſpectant ſtupidi, feræq; magnos  
 Artus, grandia & aſpera extimeſcunt  
 Oſſa, & ingluuicem capacis alui:  
 Vmbroſi nemoris fugatus antro  
 Ceruus, caſſibus expeditus ingens  
 Celfis cornibus arduus ruebat.  
 Septus pulucrea canum corona,  
 Saltu transilit unico paludem,  
 Ripaq; ulteriorē adhuc ueretur

B Vert

Vertens arboream subinde frontem,  
Dum certant properi canes naturae  
Summis naribus & reflant biantes.  
Volans Ascanius leui uredo,  
Precatus Triuiae perenne numen,  
Inuadit iaculo, diuq; librans  
Iecit eminus, hæsit impeditum  
Ferrum cornibus, ac solo reflexa,  
Nequicquam ante oculos pependit hasta.  
Fremens Ascanius rapit rotatq;  
Ensem fulmineum, absciditq; ab armis  
Cum ceruice caput: micat per herbam.

Hic corpus, caput hic, rubet cruento  
Interfusa palus: ruunt repente  
Venantis querula procacitate,  
Strataq; obstupuere mole cerui.  
Ridens Delta, quid stupetis? inquit:  
Noster Ascanius minora nescit.

Clamor interea tumultuantum  
Circum retia ierit ora turbae,  
Captam terribilem histricem fremebat,  
Quæ rostrum atq; pedes plagiis ligata  
Spinis missilibus canes, uirosq;  
Arcebat procul, & fugabat omnes.  
Venator sibi quisq; consulebat.  
Multi sub clypeo arborum latebant,  
Multos obijce texerat crepido.  
Post carecta canes inane latrant.  
Densant spicula mutua: & uicissim  
Bellatum furit incurvus ardor.  
Nam spine nequeunt ferire testos,

Et

Et teclii nequeunt feram ferire.  
Tanta duritas cutis rigebat,  
Crebris missilibus petita, nullis  
Interpuncta notis. Erat Sicamber  
Forte in tam celebri sodalitate,  
Audax prælia tanta qui cieret,  
Libs Cognomine, machine repertor  
Miranda, horrifica, minacis, atræ,  
Qualem nec Steropes, nec ipse fertur,  
Pater Lennius inferis cauernis  
Informasse Ioui, nec ulla in orbe  
Per tot secula cogitauit etas.  
Nam truncum teretem æneum cauimus;  
Nitro, fulsire, puluere & saligni  
Carbonis replet usq; ad umbilicum,  
Includitq; pilam ex liqueente plumbo,  
Superne tenue oppido foramen  
Spirat: hinc iacit igneum fauillam,  
Histrix continuo forata fumat.  
Non sic fulminis impetus trifulci,  
Nec falarica sic rotata fertur,  
Sed nec sic Scythico sagitta neruo,  
Nec fundis Balcaribus lapillus.

Mox tanto intonuit fragore cœlum,  
Et tanto ingenuit tremore tellus,  
Ut quicquid caueis latebat usquam,  
Terarum omne genus, feri leones,  
Auriti lepores, lupi uoraces,  
Et dame timidi, uolatilesq;  
Cerui, & capreoli leues, fugacesq;  
Aprisetigeri, dolisq; uulpes

B 2

Insignes

In signes, ruerent metu per agros.  
 Vasta ut planitie nihil uideres  
 Vsquam præterea latent sub illis.  
 Arbusta omnia, & omnis herba prorsus.  
 Canes interea modo has, modo illas.  
 Pafsim cedere, nec locus cadenti est.  
 Denso in agmine stant, feruntq; morsus  
 Immota, super ambulant molossi.  
 Strage incredibili usq; saeuentes.  
 Sæuitum nimis est, Diana clamat,  
 Quò tandem ruitis? redite in orbem.  
 Palantes, nec, enim expedit ferarum.  
 Omne funditus interire nomen.  
 Sat nostro Ascanio datum, nec ultrà  
 Modestissimus omnium rogaret.  
 Cornu personat aureo reducens  
 Triumphalia castra, mox recentent.  
 Plenum sanguinis agmen interemptum,  
 Nee tot millia computare possunt.  
 Implet effeda, conuehunt quadrigis,  
 Pars gestant humeris, solo ue raptans.  
 Hi sub ponderibus gemunt iniquis,  
 Ferunt mulio, corbuloq; feruet.  
 Rus est non procul hinc penes facellum  
 Desertæ Ciceris loco remoto,  
 Huc armenta, greges, canum labores,  
 Et uastas nemorum ferunt ruinas.  
 Hanc cuncti properant tenere metam,  
 Hac tandem reduces simul quicquid.  
 Ruri subditus hortulus uirebat,  
 Qualis Corytium senem bearet.

Et

Et qualem Hesperides uelint forores.  
 Hic inter uolas, thymum, ligustrum,  
 Narcissos, hyacinthinosq; flores  
 Fons scatens uitreis aquis susurrat.  
 Hunc pomaria tam beata cingunt,  
 Ver ut perpetuum colant, & usq;  
 Argutis aubus canora ueruent.  
 Regis Alcinoi fuisse credas.  
 Patens area propter ima fontis  
 Labra tenditur, hanc tegunt corymbis  
 Pallentes hederæ, & rosas acanthi  
 Flexo uimine textiles obumbrant,  
 Lente lilia sublignant genitæ.  
 Sub his floribus apparata mensa est,  
 Instratusq; thoros tapete picto,  
 Et Semiramis manu figuris  
 Distincto uarijs super tapetum  
 Albet mappula delicioris  
 Villi, barbaricis notata punctis.  
 De mensis abacus nitens acernis  
 Pandit uascula Mentoris uetus,  
 Priscorumq; toreumata aulicorum.  
 Actate & facie pares ministri,  
 Nympharum Triuæ chorum æmulantes,  
 Expectant thalamo beatiore  
 Diuam & Ascanium labore fessos:  
 Pars sacræ adolet foci penates.  
 Et iam sol medium secabat axem  
 Flammis omnipotentibus coruscans.  
 Tandem numine prodeunt secundo.  
 Felici omniæ, quicquid est ferarum,

B 3

Magne

Magnu Pontifici dicant Iulo.  
 Crines subtilibus rosis coronant,  
 Vnguentis Megalcnibus madentes.  
 Custodit soleas puer relietas.  
 Sponda se medianam locat Diana,  
 Gemmis splendidulis decora virgo:  
 Post multo Ascanius coruscus ostro.  
 Flexo poplite cernuus minister,  
 Dat summis digitis aquas odoras.  
 Mox mantilia nympha subministrat.  
 Apponunt alij nouas figuras  
 Extructo Cereris, Dryas catillum  
 Fragrantem ambrosia gerit Diane.  
 Post hanc siderei ferunt ephebi  
 Lances ordine. Phasiana prima est.  
 Stat Iunonis auis superba cauda.  
 Phœnicopterus eminente lingua,  
 Et crista Meleagrides rubenti,  
 Et pluma niuci patent olores.  
 Hinc albi incur anseris tumebat.  
 Hinc capo Cybeli deæ dicatus.  
 Perdices strue maxima ferabant,  
 Et pulpæ melioris attagenes.  
 At sturnos inopes, grues, palumbes,  
 Cunctas cortis aues cocis reclinuant.  
 Subiectant alij salariorum  
 Quicquid ars potuit nouare lauti.  
 At farcimina dant uetus tiora,  
 Turget lactea syminis papilla,  
 Campano pettione gloriantur,  
 Vestimo quoq; caseo intumescunt.

Non

Non lucanica, non tomacla defunt,  
 Fracto uentre suis solo ex phalisco.  
 Non dcest oxigaram: offulae, minutæ,  
 Liba adorea, candidæq; pultes  
 Conchis, glandia, spondyli, botelli,  
 Nec mustacea lixulae Sabinae  
 Cerebella aiuum, salaxq; bulbus,  
 Nec iccuscula iufulis odora.  
 Nec defunt patinæ omnium nepotum.  
 Exquiruntur et omnibus popinis  
 Pulmentaria usca, que palatum  
 Irritare saporibus putentur.  
 Vincunt fercula cogitationem,  
 Nec stylus meus explicet, nec usquam  
 Maiore in pretio fuit culina.  
 Nusquam prandia sumptuosiora,  
 Triumphalia erant minorâ multo.  
 Nemo pontificum dapes reponat,  
 Aut coenis saliaribus laborat.

Ponunt mox alij maris rapinas,  
 Mullos Adriaci salis colonos,  
 Murænas Siculis aquis natantes.  
 Latum amplissimum fert patella rhombum.  
 Baiana ostrea, murices, luposq;  
 Auratas, acipenseræ, scarosq;  
 Structoris manus crudita, raptim  
 Cultello dirimit secatq; paruo.

Dum coenat, citharis comatulorum  
 Et cantu uario, nouoq; plausu  
 Valles undiq; concave resultant.  
 Et iam prima epulas quies tenebat,

B 4

Cum

Cum cellarius eligit ministros,  
 Bacchi munera leta qui propinent.  
 Haec est amphora necaris beati,  
 Qua Latonia sola proluvatur.  
 Trullam hanc Ascanio dedere Galli  
 Spumantem Bromio Parisiorum.  
 Misce his tu cyathis Dryas falernum,  
 Tu cape has pateras puer Caleni,  
 Inger' tu hos calices Opimiani,  
 Vos Setina date his scyphis uetus,at,  
 At uos Cæcuba fundite hoc triente.  
 Nomenium dedit hanc heri lagœnam,  
 At Surrémentum hodie cadum hunc picatum.  
 Cupa hac conditur Adrianus humor.  
 Priuernatia cōgio hoc Sagunti,  
 Chium hoc urceolo sapit rotundo.  
 Bio haec seriola optimo redundat.  
 Plena haec aurea defruto metreta est.  
 Mulsum haec cirnea dulcius recondit.  
 Tum bellaria largiora ponunt  
 Mensæ delicias deūm secundæ,  
 Eleclissima poma porriguntur.  
 Inter quæ melimella principatum.  
 Malorum facile omnium obtinebant.  
 Post petitia parua, Manliana,  
 Tum spadonia, Græcula, Appiana  
 Lanata, orbiculata Septiana.  
 Dant pannucia ferica et gemella.  
 Ad haec crustumijs pyris abundant,  
 Succi plena tuuent falerna cista,  
 Et longo pede Dolabelliana.

Pom

Pompiana placent fauore Magni,  
 Et testacea de colore testæ.  
 Dant uoconia laurea, et uolema  
 Ampullacea prominentे collo,  
 Nardina, et decumana grandiora.  
 Haec tum nomina repperit uetus,at,  
 Nunc seclum insipiens nouis incepit.  
 Adduntur cariotides mariscis,  
 Et cydonia coctanis recincta,  
 Et tuber Libycis madens pruinis,  
 Nux amygdala, pinea, atq; iuglans,  
 Laxant castaneæ suos echinos,  
 Picenas quoq; porrigunt olivas.  
 Ollares etiam dabantur uice.  
 Ponunt frigore gratiora rapa.  
 Plura his et meliora, quæ filenter  
 Redundantibus ingerit canistris,  
 Miris munditijs secunda mensa.  
 Exempta procul esuritione,  
 Et mensis procul omnibus remotis,  
 Sic est post epulum locuta virgo:  
 Ascani ducis optimi propago,  
 Ingens purpurei decus senatus,  
 Vides ut iaceant in orbe cuncta,  
 Quæ mortalibus esse iam solcebant  
 Vita presidium laboriosæ,  
 Et quibus tenebris operta uirtus  
 Pasim calcibus improbis teratur.  
 Quid primum querar, ordinar' u'e primum?  
 Cum supersticio deos putaret,  
 Id quod quenq; suis mouebat ardor,

B 3

Mund

Mundus artibus optimis scatebat.  
Postquam de Solymis deus perusis  
Veræ religionis imperator,  
Nostra numina uana dissipauit,  
Et totum pedibus subegit orbem,  
Apportans pereuntibus salutem,  
Ius, fas, ueridicas tulitq; leges,  
Et mores docuit bonos, suoq;  
Culpas sanguine omnium expiauit,  
Ut clausum ad superos iter pateret,  
Fit mutatio numinum repente.  
Certatum properant, uolantq; cuncti,  
Et cultus audi nouos adorant.  
Fassi unum coluere. Sed quod ille  
Ferre omnes uoluit, tulcre pauci.  
Nec omnis capiunt, quod omnibus dat.  
Ut peruersa hominum, malignaq; est mens,  
Versa in segnitiem fides, & omnis  
In quæsum pietas, simul fecuta  
Miris illecebris placens uoluptas.  
Nunquam deliciæ supiniores,  
Nunquam auaritiae altior charybdis.  
Quando ita ambitio negotiata est?  
Quando nequius, inquinatus uic  
Peccatum? Patet Ilias malorum  
Grandis, fons scelerum scaturientum.  
Vel gentes penitissimas reuistit,  
Quæ uestro sine nomine insolescunt,  
Bacchanturq; magis monente nullo.  
Tu uero genus inclytum senator  
Flamen etherea Dialis aulae,

Quo res publica tota gloriatur.  
Cuius cardine sustinetur orbis,  
Ne mentis proprie inquilinus erres,  
Ab omni popularitate debes  
Diuinos animi auocare motus.  
Nec plebecula quid miscella latret,  
Sed quam sit fragilis, caduca, fluxa,  
Et quam lubrica uita cogitare,  
Causes discere & estimare rerum,  
Quidnam gigneris, unde, quo feraris.  
Spem longam reseces, uides in orbe  
Nihil perpetuo tenore uerti.  
Si fortuna facit pecuniosum,  
Nil remordeat esse liberalem.  
Scis quantum deceat potentiorem,  
Ut comi domus hospitalitate  
Ianuis bipatentibus fatiscat.  
Laus non ultima, displicere nulli,  
Prestare ingenium, facillimumq;  
Verbis parcere contumeliosis,  
Seruorum meminisse, qui fideles  
Adueris fuerint, malisq; rebus.  
Nouit Afcanius, quid ipsa dicam.  
Nec casus memorabimus peractos.  
Quis fratrem sine questibus reuellat,  
Ducem Insubria quem tremebat audax?  
Quis siccis poterit nepotem ocellis  
Regem Parthenopeium referre?  
Aerumnas tibi quis peculiares  
Monendo renouet? Satis superq;  
Deplorauimus ista, dum ruerant.

Et nunc sis quibus erutus ruinis,  
 Et qui sis modo redditus, memento.  
 Nec tam perdita, quam reperta cures,  
 Perfer qualiacunq; non pigebit  
 Tot pericula ferre, tot tulisse.  
 Possem pluribus admonere, et ultra  
 Quæ poenæ maneant malos docere,  
 Et qua præmia debeantur illis,  
 Qui non corporeo oblitu sepulcro,  
 Perstringunt animi igncum uigorem,  
 Nec terra infodiant datum talentum,  
 Ni tibi ista domi elegantiora  
 Nascerentur, et unicus deorum  
 Vestris uatibus omnia explicasset.  
 Ad hæc Ascanius refert: Diana  
 Syluarum et nemorum patrona virgo,  
 Seu Proserpina noctibus relucens,  
 Seu Lucina, Hecate, uel alma Iuno,  
 Dictynna, aut Triuia expetis uocari,  
 Te quæcunq; mecum leuas laborem,  
 Semper pectore conditam tenebo.  
 Vesper interea exiens olympos,  
 Nocturnis comitantibus tenebris,  
 Mergensq; Oceano caput ruebat.  
 Iamq; in fauicibus atrij, ministri  
 Pæana ad litui sonum canentes,  
 Expectant in equis heros ituros.  
 Lucum Delia fertur in propinquum,  
 Dense Orcades hinc et hinc sequuntur.  
 Stipant Ascanium suæ cohortes,  
 Ardentis animis redire in urbem.

F I N I S.

## ITER IVLII II.

PONTIFICIS ROM.  
per Adrianum Cardinalem  
S. Chrysogoni.



Vgusti memoranda dies uicesima se-  
xta,  
Pontificem magna Roma dimisit Iu-  
lum,  
Penè omni patrum et procerum co-  
mitante senatu.

Formello pius exceptit Iordanus et uxor.  
 Moribus, ingenio, formaq; et nomine felix.  
 Postea lux Nepete antiquum, tum proxima Veios  
 Ostendit: mox per Cimini montemq; lacumq;  
 Tendit in signum per balnea multæ Viterbum.  
 Discordes bonus hic ciues pacauit Iulus.  
 Prebuit hinc celeber mons dulcia uina Faliscus,  
 Detinuitq; diem. Veterem post uidimus urbem  
 Excelse rupi impositam sine mœnibus ullis.  
 Hic templum genitrici ingens, cui sculpta uictus  
 Marmore stat facies, spirantq; in marmore uultus.  
 Carniolæ procul pons hinc sex millia distans,  
 Cyaneas transmittit aquas sparsasq; paludes  
 Per satu, per sylvas: ab quantum absuntur agri.  
 Plebis ad indomita castrum peruenimus, inde  
 Impositæ apparent Perusiniis collibus arces:  
 Castellona lacus Trasimenus moenia cingit,  
 Hunc ratibus leti tranauimus, Insula latos  
 Accipit hospitio, Paeanum allabimur, unde  
 Prospicimus campos Romanis oſibus albos.

Seruat

Scrutat adhuc nomen locus; et de sanguine fuso  
 Sanguineos campos Perusini nomine dicunt.  
 Hic ubi commisso fallax certamine Poenus  
 Flaminiumq; ducem, Mauortiaq; arma subegit:  
 Per colles, ripamq; lacus Corclua subimus  
 Moenia, oliuiferis tumulis letissima rura:  
 Vicina placuit patribus recubare sub ulmo,  
 Hic simul occurrunt equitum, peditumq; ceterae  
 Vrbinate duce, illo nec melior fuit alter,  
 Nec pictate prior, sed nec prestantior armis:  
 Tot dotes iuueni invidit lapidosa podagra.  
 His circumspecti legiobus, ordine longo  
 Ingredimur Perusinam urbem, cibilibus actane:  
 Eversamq; odijs, hanc tu pater optime Iuli  
 In placida tandem compostam pace relinquis.  
 Non procul oppidulum est; Fractam cognomine dicunt,  
 Annis obit muros, ex quo et grauolentibus undis.  
 Huc ubi delati montes Eugubia tecta,  
 Haerentemq; iugis urbem superauimus, inde  
 Perpetuos colles Cariani ullula findit,  
 Villula munifico non aspernanda popello.  
 Hos preteriecti tumulos plebecula calleb,  
 Que colit angustum, Cagli cognomine dicunt,  
 Occurrit facie obducta, nam tabida fertur  
 Insecisse lues, celeri pede fugimus omnes:  
 Hinc ad aquas Lantias perreximus, unde Meturus  
 Confusus Gauno Foruli spectacula praebet.  
 Est opere pretium uersu describere mirum  
 Naturae ludentis opus, stant uertice ad auras  
 Hinc atq; hinc montes praerupti, flumine subter  
 Secretis labente uis, ut sumus ab imis

Surgat

Surgat aquis, lateq; fluant aspergine cautes.  
 Rupis ad extreum lœua uenientis ab urbe  
 Porrigitur molis dorsum, quæ semita nulla,  
 Nulli aditus quandam, nec erat uia peruia cuiquam.  
 Cæsar inaccessam patet e sit Titus, et illam  
 Quantum acie possunt oculi scruare cauauit,  
 Inscriptaq; fores: et adhuc uestigia utrumq;  
 Limen habet, scabro et fragili uix cognita topho:  
 Sunt soliti hac camera multi latitare latrones,  
 Exceptosq; uiatores demergere in amnum.  
 Repsumus e crypta, atq; angusta fauce uiritim  
 In campos Vbalde tuos, hinc imus in urbem,  
 Vrbinum dixere patres tua regia tecta,  
 Ardua qua saxo colitur macerata uetus.  
 Hinc petitur, uicoq; breui succedimus, inde  
 Scandimus excelsas nimboſa cacumina pennas.  
 Diue Marne tuas, tumidi hic subsidere montes  
 Incipiunt, superoq; mari conſternere littus  
 Plantiem ingentem terris, opibusq; superbam,  
 Gallia qua fluvio Rubicone comata patescit.  
 Italiæ hic finis quandam, nunc omnia nescit.  
 Effera barbaries, antiquaq; nomina uerit.  
 Sauignana uocant pinguisima rura coloni.  
 Huc madidi multoq; luto, fessi, uenimus.  
 Progresi meliore uia, cœlo grauiore  
 Cesenam intramus, culices auertere somnos  
 Omnibus, et uarijs uultus maculare figuris,  
 Pompili, Liuicq; forum diuertere cogunt:  
 Terra ferax, populusq; ferox, ac cœde frequenti  
 Terribilis, semperq; furens ciuilibus armis.  
 Ut ter quinq; dies abierunt, Liuia tecta

Linquim

Linquimus, atq; iterum montes iubet ire per altos  
 Iulus, & castri ad leuam iugam iuicare Cari.  
Imus precipites per mille pericula rerum.  
 Turrigerasq; arces, rupes, & in hospita saxa.  
 Appennincola accurrunt, iusoq; senatu  
 Reptantes genibus per humum, noua numina adorant.  
 Mudiana iacet uasto depresso barathro  
 Accola torrenti, truncis, salebrisq; fragoso:  
 Hanc terram pedibus celo de monte ruentes  
 Prendimus, & placido curamus corpora somno.  
 Postera lux alios scopulos, ecclioq; propinquas  
 Nubigenasq; Alpes aperit. Marradia uulgas  
 Saxa uocat, sumnum excipiunt magalia Iulus:  
 Inde Palatiolum statio opportuna labori  
 Hospitio lassos refouet: tum fluminis arcta  
 Proculhur ripa tenui discrimine euntcs.  
 Est locus extremitis in montibus asper Hetruscis,  
 Hunc dictum peribent à tuſi Tuſinianum:  
 Hoc quoq; delati, montes deuouimus omnes:  
 Orta dics, latos campos & amena uircta,  
 Cornelioq; forum, feliciaq; arua reducit.  
 Hic mucus ortus habet sedes Papiensis auitas  
 Nobilis, & clarum genus alto à sanguine ducit.  
 Constituit hic pastor, dum prospicit omnia Iulus,  
 Et belli pacisq; simul dum pondera librat,  
 Consilioq; patrum: rerum moderatur habenas.  
 Appulit interea Gallorum exercitus ingens,  
 Conscrutisq; manum, & muros circumstetit armis  
 Felsina docta tuos: uolat impiger actus ab urbe  
 Nuntius: & Serram exactam pulsumq; tyrrannum,  
 Excussumq; iugum patriæ ceruicibus afferit.

Pontifi

Pontificem implorat feſſis ſuccurrere rebus,  
 Hoc oratores certatiū ex urbe frequentes  
 Expoſunt, patrie q; patrem properare precantur,  
 Thura adolet Iulus templis, ſacrīq; peractis  
 Tendit iter, gressum celer ans, ubiq; propinquat.  
 Vrbs antiqua ingens Hetruscis regia quondam  
 Felsina: tum Boii fato irrum pentibus impar,  
 Accepiffe nouum fertur Boionia nomen.  
 Verum ubi ſunt Boii Romano milite pulsi,  
 Barbariem excusit, coepitq; Bononia dici.  
 Subditur ad Boream radicibus Appennini,  
 Planite acclivi procumbens ſolis ad ortus,  
 Inter aquas Sapinae & Rheni, quarum utraq; in urbem  
 Ducta, uehit reuehītq; rates, piſtrinaq; uerſat.  
 Aemilia decus, & belli pacisq; patrona,  
 Diues opum uariarum, & nullius indigā cultus,  
 Muſarum domus, atq; omnis nutricula iuris.  
 Iamq; dies aderat, mediumq; uehebat ad axem,  
 Omnia conficiens Phœbe & lampadis astrum.  
 Obſedere patres maioris limina porta,  
 Qua modo Felsinea paſtor requeuerat aede:  
 Porticibusq; amplis expectant numen Iuli.  
 Tandem de thalamo ſella ſublimis eburna,  
 Geſtatisq; hominum ſcapulis, longo agmine prodit,  
 Cui trabea ex auro, gemmis, oſtroq; coruſcat:  
 Tempora conchyli fulgent redimita tiara.  
 Progreduitur procerum legio tua Felsina proles:  
 Aerateq; ruunt acies, clypeataq; circum  
 Agmina funduntur: placidos dat Curia gressus,  
 Aequati ſpatijs omnes, & uestibus omnes,  
 Purpureisq; patres testi capita alta galeris,

C

Obuias

Obvia quæq; oculis præstringunt numinis instar.  
 Visendi studio effusi iuuenesq; senesq;  
 Et matres pueriq; simul tecta omnia complent:  
 Culminibusq; astant, portisq; & turribus hærent.  
 Ut uero ad diu uenit penetraria Petri  
 Iulius, afferitus patres in limine primo  
Bore leui: geminis manibus ueneratus ad aras  
Effigies sacras, Grates quis possumus, inquit,  
Accipere Christe deus, nam que sat digna queamus  
Muneris quas laudes humana uoce referre  
Tu nos incolumes per tot discrimina uectos,  
Vrbe hac Felitiae sine cæde & langleme donas.  
Da pater omnipotens, rerumq; eterna potestas,  
Sic superos penetrare aditus, uerosq; triumphos,  
Terreno inuolucro exultos, uiuisq; subactis.  
Hæc ubi supplicibus uotis orauit Iulus,  
Quisq; domum properat, factoq; hic sine quiescit.

F I N I S.

## I N D E X.

A bdo	69	Ac	36
A beſſe	83	Accedere	77.70
A beſſe bidui	ibidem	Accipere tabula	27
Abhinc	39	Accipitum referre	27
Ab inuite ætate, adolescen-		Accipere beneficium	64
tidia	139	Accipere cladem	62
Ab initio	87	Accipere conditionem	64
Ablegare	53.55	Accipere detrimentū	ibidem
Absq;	146	Accipere dolorem	ibidem
Abstinere manus	240	Accipere iniuriam	63
		Accipere	

## I N D E X.

Accipere plagam	62	Aeditimus, Aediturus	19
Accipere vulnus	60	Aequa	42
Acquiescere	74	Aequa ac	41
Acta ætas	138	Aequa atq;	42
Acuere ferrum	88	Aequa quam	42
Acutum	ibidem	Aequa ut	42
Ad annum	220	Aequi boni, facio	159
Ad diem	ibidem	Aes alienum	160
Adeo	52	Aes alienum, tuum, mecum,	
Ades	133	patris &c.	160
Adesse	75	Aestimare capitū	145
Ad exēplū uel exēplar	180	Aestimare litem	144
Ad extreūum	88	Affecta ætas	138
Adherescere	76	Affectus	71
Adiūcere oculum	85	Afferre manus	238
Adire	77	Afferre pedem	178
Adiungere	77	Agere ad præscriptum	89
Ad manum esse	236	Agere ætatem	140
Admouere manus	241	Agere iniuriarum	89
Ad pedes desilire	296	Agredi	77
Ad rem pertinet	279	Alienus	88
Adrepere	79	Alij, genitū casus	35
Adscribere	90	Aliorū sum atq;	33
Ad tempus	343	Aliorū sum	372
Ad uerbum	84	Aliquorū sum	371
Aduersaria	72	Aliter ac	37
Aduersus animi sententiam	Alius		32
	136	Alius atque	33
Adulta ætas	138	Allegare	53
Ad unum	84	Alter	45
Aedificare nauem	132	Alter & alter	46

C 2 Altero

I N D E X.

<i>Altero &amp; vicefimo</i>	49	<i>Attribuere</i>	63
<i>Alter quisquam</i>	255	<i>Augusti dictio</i>	19
<i>Alterum &amp; alterum</i>	51	<i>Autem</i>	86
<i>Alterum tantum</i>	48	<i>Barbarum</i>	91
<i>Amabo</i>	68	<i>Belle habere</i>	92
<i>Amat ut cum maxime</i>	105	<i>Bene acceptus</i>	60
<i>Amo</i>	73	<i>Bene audire</i>	92
<i>Amplius</i>	56	<i>Bene cadere</i>	ibidem
<i>Animaduerti</i>	89	<i>Bene mane</i>	92
<i>Animi causa</i>	85	<i>Bene multi</i>	92
<i>Animo praesenti</i>	90	<i>Bene ueritat</i>	90
<i>Antuertere</i>	284	<i>Bis tanta</i>	48
<i>Appicare</i>	78	<i>Bona pars</i>	92
<i>Appositus</i>	87	<i>Boni consule</i>	93
<i>A primo, A principio,</i>	87	<i>Bono esse</i>	92
<i>A pucris, A puero</i>	191	<i>Cadere bene, male &amp;c.</i>	91
<i>Aquam hærere quid</i>	244	<i>Cadere causa</i>	108
<i>Arbitru meo</i>	84	<i>Capite aperto</i>	95
<i>Arteria</i>	80	<i>Capite obuoluto</i>	ibidem
<i>Aspicere</i>	78	<i>Capitis diminutio</i>	122
<i>Aspirare</i>	70	<i>Caput</i>	94
<i>Afferere manus</i>	234	<i>Caveor</i>	104
<i>Asequor</i>	103	<i>Cedere uita, cedere pat.</i>	107
<i>Assignare</i>	64.84	<i>Cedo</i>	105
<i>Affumo</i>	335	<i>Certoscare, Certuscare</i>	379
<i>Astringo</i>	375	<i>Certum habere</i>	ibidem
<i>At, Atat</i>	81	<i>Certus</i>	106
<i>Atque</i>	36.158	<i>Cethegi laus</i>	6
<i>Atque adeo</i>	52	<i>Codex accepti &amp; expensi</i>	27
<i>Attentare</i>	348	<i>Cohors</i>	109
<i>Attriccare</i>	89	<i>Commودum</i>	104
		<i>Comp</i>	

I N D E X.

<i>Comparatiuus cum ac, uel</i>	Dare negotium	130	
atque	36	Dare pignori	119
<i>Condicere</i>	105	Dare poenas	138
<i>Conferre manus</i>	238	Dare præstare	373
<i>Conferre pedem</i>	178	Dare promissa	382
<i>Confertim</i>	129.130	Dare se in pedes	130
<i>Confertissimum</i>	130	Dare se in uiam	ibidem
<i>Confertum</i>	129	Dare uitio	129
<i>Confestim atq;</i>	41	Dari fieri 373. De	100
<i>Confestim quam</i>	ibidem	Declamo (forte rectius de-	
<i>Confestim ut</i>	ibidem	clamito)	18
<i>Confirmare</i>	109	De die	243
<i>Conscendere</i>	100	Deducere	133
<i>Consentire</i>	105	Deferre	125
<i>Consequor</i>	103	Deferre seu tenere primas	
<i>Contendo</i>	374	301	
<i>Contrà ac</i>	39	Degere ætate & uitæ	140
<i>Contrà atq;</i>	39	Degitior uita	141
<i>Contrà quam</i>	ibidem	Deijcere oculos	119
<i>Contraho</i>	374	De meliore nota	131
<i>Centurbare</i>	98	De nocte	244
<i>Corrumperem</i>	101	Decorsum uersum	372
<i>Crepare</i>	109	Deponentia p. i. siua quomo-	
<i>Crimini dare</i>	118	do construantur	117
<i>Cum 95. Cur</i>	314	Deprecandi modus diuer-	
<i>Cur eſe</i>	133	sus	286
<i>Dare auribus</i>	131.341	Describere	126
<i>Dare bibere, quam simplici</i>		Desententia	136
<i>uerbo dicatur</i>	128	Desidere	317
<i>Dare legare</i>	373	Despero & desperor	333
<i>Dare manus</i>	339	Dicat quis	323
		C 3 Dice.	

## I N D E X.

Dicere causam	115	Edere ignem	152
Dicere diem	116	Edere iudicium	153
Dicere ius	117	Edere librum	152
Dicere legem	ibidem	Edere munus gladiatorium	
Dicere sententiam	117	ibidem	
Dicere testimonium & testi- monia	112	Edere nomen	152
Dicet aliquis	119	Edere oracula	152
Differtum	129	Edere pugnam	ibidem
Digitum latum	349	Edere risus	153
Dij faciant	131	Edere scelus	151
Dij meliora	ibidem	Edere scriptum	152
Dilato	374	Edere signum	153
Diminuere	122	Edere sonos	161
Discendere à conditione	128	Edere spiritum	161
Dis̄similis ac	35	Edere stragem	ibidem
Dis̄similis atque	ibidem	Edē dignitate	205
Dis̄simulare	132	Editissimum	153
Diutius	37	Edormire crapulam	141
Ducere sortem, uitam, spiri- tum	118	Efferre pedem	179
Dum expecto iunctum	120	Eloco	194
Eatenus	307	E' republica	205
Ec 147. Ecce tibi	143	Es	133
Ecquid, ecque	147	Esse bibere	374
Edere	150	Esse curae, uoluptati, solici-	
Edere animam	ibidem	tudini	133
Edere annos	152	Esse malo, esse bono	143
Edere cædem	153	Esse numero	ibidem
Edere clamorem	152	Est quod	153
Edere exempla	153	Etiam	158
Edere foetus	ibidem	Etiamnum	376

## I N D E X.

Etiamnunc	ibidem	Facere argentariam	175
Etiamtum	ibidem	Facere autoritatem	176
Etiam tunc	ibidem	Facere cædem	176
Euelli ab euello, non euulsi	ibidem	Facere castra	167
Ex 145	ibidem	Facere coniecturam	371
Ex	110, 112	Facere contumeliam	174
Exacta	133	Facere conutium	167
Exacta etias	138	Facere copiam	171
Ex animo	137	Facere damnum	164
Exaudire	149	Facere delicias	164
Exscribere	126	Facere dolorē & lucru	167
Excepto quod	144	Facere facinus	164
Excipere	155	Facere fidem	166
Excludi tempore	134	Facere finem	165
Execrandi modus	243	Facere flagitium	164
Exempli causa	86	Facere funus	176
Exhalare crapulam	142	Facere furtum	172
Exigere etatem	141	Facere gratum	175
Exigere nomina	263	Facere heredes	177
Eximere	159	Facere imperata	176
Expensi tabula	27	Facere impetum	174
Expenſum ferre	ibidem	Facere iniuriam	ibidem
Experiens vir	381	Facere infidias	176
Ex re tua	205	Facere iratum	164
Ex sententia	139	Facere iter	168
Extra	147	Facere iudicatum	176
Extra iocum	133	Facere iudicium	171
Extrahere diem	142	Facere iusta	ibidem
Extrahere iudicium	ibidem	Facere lucrum	ibidem
Ex usu	ibidem	Facere ludos	166
Extremum	18	Facere manum	175
Facere æs alienum	163	C 4	Facere

## INDEX.

Facere medicinam	171	dines	180
Facere mentionem	176	Fac uelle	161
Facere modos	175	Ferre	177
Facere naufragium	168	Ferre ad cœlum	162
Facere nomina	264	Ferre in oculis	162
Facere officium	172	Firmus	359
Facere periculum	167	Fraus	181
Facere potestatem	175	Frugi	163
Facere prælia	164	Gaudere in sinu	184
Facere prælium	175	Gemor	104
Facere promissum	168	Generatim	183
Facere rem	172	Gentiles qui	122
Facere rem diuinam ibidem		Genus	338
Facere reum	176	Germanus	182
Facere sacrificium ex sa- cra	164	Gratulari	184
Facere scriptum	166	Grauate	184
Facere sementem	177	Gravitas loci aut cœli	106
Facere stipendia	164	Habeo dictum, et habeo	190
Facere sumptuum	173	Habere bonū animum	209
Facere testamentum	165	Habere fidem	186
Facere turbas	169	Habere honorem et habere	
Facere uellaturam	175	honores	185
Facere uerbū et uerba	169	Habere honori	378
Facere uersus	173	Habere iter	186
Facere uindemiant	176	Habere præda	378
Facere uitium	173	Habere questui	378
Facere uota	176	Habere rationē absentis	189
Facinoris crimen	179	Habere rationem cum ali-	
Facio 163. Fac esse	161	quo	188
Fac potuisse	161	Habere senatum	186
Factus ad unguem, ad libi-		Habere sermonem	186

## INDEX.

Habere uoluptati	378	Impedimento esse	133
Haberī numero	143	Impingere	195
Habitare in oculis	162	Importunus	213
Hastenus	307	Impresio	196
Hærere aquam	244	Imprudens	378
Hoc etatis	194	Imputo	64
Hoc me mouet	380	In apertum proferre	382
Homo adolescens	186	Incidit mihi	201
Homo alienigena	188	Inde ab incunabulis	191
Homo Græcus	186	Inde à principio	192
Homo nouus	187	Indicta causa	116
Homo quisquam	253	In diem	216
Homo Romanus	187	Indolentia	18
Homo ualens	188	Indormire cause	141
Hostis	128	In duos menses	218
Iacere ad pedes	201	Ineunte aetate	139
Iā inde ab adolescentia	192	Ineunte uere, estate, hye-	
Iam inde ab initio	191	ibidem	
Iā inde à certaminibus	192	Infantia	196
Iam inde à cunabulis	191	Inferre	178
Iam inde à principio ibidem		Infirmitas ualitudinis	358
Iam à pueris	ibidem	Infirmus	359
Iam inde à teneris	192	Informare	207
Iam inde usq <small>ue</small>	191	Ingrauescens etas	139
Iam nunc	378	In hunc diem	215
Iam tum	ibidem	In hanc horam	ibidem
Id etatis	193	In hunc annum	ibidem
Idem ac	44	In iuicere manus	240
Idem	ibidem	Inire consilium	199
Id temporis	193	Inire consulatum	200
Ille alter	50	Inire epulas	ibidem
C 5		Inire	

## I N D E X.

Inire gratiam	197	Inter manus	233, 235
Inire interregnum	200	Ioues tres	58
Inire numcrum	ibidem	Ire agere	373
Inire pugnā & praeliū	199	Ire in alia omnia	221
Inire rationem	197	Ire in sententiam	ibidem
Inire urbem	199	Item	36, 204
Initio	87	Item atq;	36
In loco	210	Item ut	ibidem
In manibus	233	Iterum	49
In manu	235	Iubco te bene ualere	209
In manum conuenire	211	Iurare coceptis uerbis	195
In manus dare	235	Iurare in uerba	ibidem
In militem dare, in capita,	Iure tuo, meo	201	
in naues	219	Iuxta ac	44
In morem	253	Iuxta atq;	ibidem
In partem atq;	43	Labes	231
In paucos dics	219	Latitiæ esse	133
In primam diem	ibidem	Laua & sinistra	232
In primam horam	ibidem	Lapide quadrato edificare	
In quintum annum	ibidem	222	
In rē esse 205. Insanus	332	Lapide strūtili uel cæmen	
In singulos dies	217	titio edificare	ibidem
Infolens	223	Latine loqui, quid	233
Instar	201	Latine loqui unde dictum	3
Instituere hortos, nauē, fun	Latinitatem tempore Liuij		
dum, domum	203	& Vergilij obfolescere	
Integer	209	coepisse	67, 70, 177
Integer animi	210	Legare	53, 54
In tempus	245	Licet	228
Intentare mortem & ma-	Licet, absolute	229	
nus	200	Limen superū, inferum	233
Interdiu	260	Lingua	

## I N D E X.

Lingua nuncupare	232	Mouet me	252
Loci & coeli grauitas	106	Multa nocte	243
Longe	225	Mulio	226
Lucro esse	133	Multo mane	92
Magnus numerus	249	Multus	244
Male acceptus	60, 63	Nec caput, nec pedes ha-	
		bet	260
Male audire	92	Ne ea res mibi sit fraudi	181
Male cadere	91	Ne longum faciam	258
Male uertat	90	Nemo	253
Mancipes qui	187	Nemo homo	ibidem
Manere in sententia	137	Nemo quisquam	253
Maxime omnium	380	Nemo unus	254
Mea sententia	137	Nemo multis	258
Mecum facere	172	Ne'ue	356
Medietas	18	Ne'ue hoc, ne'ue illud	262
Meis uerbis	248	Ne plura	258
Meo, reip. nomine	242	Meo, tuo, suo nomine ibidem	Ne uiuam
Merito tc amo	245	Nihil abest	347
Metuo ne non	255	Nihil ad Persium	259
Mibi aqua hæret	244	Nihil est quod	153
Minime omnium	380	Nihil mihi longius	261
Minus 59. Miserere	128	Nihil potius	ibidem
Missum facere	251	Nihil proprius	ibidem
Mittere sanguinem	245	Nobiscum facere	172
Mittere subsidio	134	Noctis	260
Modice	251	Nomen facere	263
Modicum	252	Nomina	265
Modus agri	249	No habeo quod accusem	261
Momentum	299	Non idem tibi & mihi	261
More maiorum	253	Non ita factus	180
		Non	

I N D E X.

Non item	204	Parum abest	347
Non ircs	258	Paruo negotio	286
Non me impedit	252	Par ut	43
Nostra memoria	246	Patrum memoria	246
Noua uerba que	19	Pedem latum	349
Nullo negotio	258, 286	Pedibus consequi	396
Numerus uini	250	Pedibus ire	296
Nunc erat	262	Peius odisse	298
Nunquid Romā uelis	259	Peius timere	ibidem
Ob	269	Per	230
Obire fundos	ibidem	Per id tempus	193
Obire prouinciam	ibidem	Perinde atque	43
Obire sacra	ibidem	Perinde quasi	ibidem
Obtinere prouinciam	268	Perinde ut	ibidem
Obtingere prouincia	ibid.	Periturare	195
Offendere	271	Per manus	237
Officij causa	85	Perpetuare	275
Operam ludere	266	Perpetuus	273
Operæ	267	Perscribere	303
Opes	271	Perscriptiones	ibidem
Opportune cadere	91	Perscriptior	ibidem
Optimus maximus	272	Per tempus	343
Os	267	Pertinere	282
Paganus miles	298	Pruadere	289
Par ac	43	Petat quis	323
Par atque	ibidem	Pijßimus	18
Pariter ac	ibidem	Planum facere	293
Pariter atque	ibidem	Plena manu	290
Pariter ut	ibidem	Plus	38
Pars	287	Ponere in lucro	285
Participia nostra effecta	297	Post homines natos	246
		Post	

I N D E X.

Post hominū memor.	ibid.	Propius	288
Post tēpus	344. Præ	Pro se quisq;	295
Præcipitata etas	138	Pro tpe, pre, pro loco	286
Præcipito	283	Præfecta etas	138
Preire uerba	292	Pro uirili	287
Preire uerbis uel uoce	292	Proxime	288
Præjudicare	279	Proxime atq;	42
Prae manibus	237	Proximus	281
Prae manu	ibidem	Prudens	378
Prescribo	291	Punctum	299
Prestare culpam, dolū	275	Qua causa	317
Presumere	335	Quà de Bruto	320
Præterea	290	Quadrare, Quadratū	224
Præter sententiam	136	Quæ malum	313
Præuertere, Præuerti	264	Quà itineris	320
Primæ	301	Quàm	66
Primas ferre	ibidem	Quàm citissimè	321
Primo quoque die	343	Quàm dudum.	318
Primo quoq; tempore	ibid.	Quàm mox	ibidem
Primoribus digitis	295	Quamobrem	314
Primoribus labris	ibidem	Quàm plurimus	320
Principio	87	Quàmpridem	311
Procumbere ad pedes	ad	Quanii facere	172
genua	201	Quapropter	314
Prodere memoriae	293	Quaquauersum	371
Pro eo atque	44	Quare	314
Profiteri	302	Quatenus	307
Proloquium	18	Quid est quod	153
Pronuntiatum	18	Quid faceret	305
Pro parte uirili	287	Quid illi faciam	304
Propinare	228	Quid illi fieri	ibidem
		Quid	

## I N D E X.

Quidquid	312	Refecare ad uium	323
Quidrerum	365	Residere	317
Quid sit etatis	194	Respectus	323
Quisquam	319	Respondere ad rogatū	322
Quisquam gentium	365	Retusum	88
Quisquam omnium	254	Roget aliquis	119
Quisquam unus	ibidem	Roget quis	323
Quius unus	ibidem	Ruderatioe edificare	222
Quod inter nos liceat dice-		Rudis terra	364
re	309	Salucre	209, 338
Quod pace tua fiat	ibidem	Sarta tecta	342
Quod sciam	ibidem	Satin' saluae	342
Quod sine molestia tua fiat		Sceleris crimen	179
ibidem		Scienter	337
Quod te oro	321	Scribere mea manu, tua ma-	
Quo loci	194	nū	324
Quotannis	221	Scriptura	337
Quotius	303	Sectari	339
Quotusquisque	306	Secum facere	172
Quoniam	371	Secundum	337
Quousq; tandem	348	Secus ac	37
Rationem habere	188	Secus atq;	ibidem
Recedere à conditione	128	Secus quam	ibidem
Redire in gratiam	322	Semel	49
Referre in codicem seu tabu-		Senecta etas	138
las	72	Sententia desistere	137
Referre	177	Scruiare auribus	341
Refertum	129	Sexcenti	329
Relaxo	375	Sexcenta tantu	48
Relinquere praesidio	134	Siccus	328
Remitto	374	Si dijs placet	341
Renuntiare	322	Simi	

## I N D E X.

Similis ac	35	Sursumuersum	372
ibidem		Tabescere	347
Similiter ac	35	Tabulae apud ueteres duæ	
Similiter atq;	ibidem	27	
Similiter ut	ibidem	Tam maxime	321
Singulis annis	221	Tandem aliquando	348
Solatio esse	133	Tangi de coelo	381
Solicitudini esse	ibidem	Tantisper dum	348
Speciatim	183	Tantum abest	347
Species	338	Tempestas idonea	346
Spero & speror	333	Tempestiuū cōiuium	345
Stare per me	331	Tempus	343
Statim atq;	41	Tendere iter	350
Statim quam	ibidem	Tendere manus	241
Statim ut	ibidem	Tentare	348
Stipendia facere	164	Tertia	124
Stomachari	319	Tollere manus	239
Studeo illam rem	325	Tollere pedes	350
Stultus	331	Transuersum unguem	349
Sub	340	Tria tanta	48
Sub manu	237	Tribuere	65
Subscribere	326	Vacuus à culpa	368
Subscriptores	328	Valetudo infirma	359
Subsidere	317	Vbi si gentium	365
Summum	280	Vbi si gentium	ibidem
Summo	336	Vc	365
Sumptui esse	233	Vel	363
Suo tempore	345	Venire auxilio	134
Supra caput	330	Venire hæreditas	369
Supersedere	331	Venire in mentem illius tem-	
Suppetere	330	poris	362
		Verbi	

## I N D E X.

<i>Verbi causa</i>	85	<i>Vsq;</i>	366
<i>Verbi gratia</i>	ibidem	<i>Vsq; à</i>	ibidem
<i>Veriloquium</i>	16	<i>Vsq; ab</i>	ibidem
<i>Vertere uitio</i>	118	<i>Vsq; ad</i>	ibidem
<i>Vicarius</i>	371	<i>Vsq; à pueris</i>	192
<i>Vicinus</i>	281	<i>Vsq; dum</i>	365, 368
<i>Villa rufis</i>	364	<i>Vsq; eo</i>	368
<i>Viuere ætatem</i>	140	<i>Vsq; isthinc</i>	368
<i>Vivitur uitio</i>	142	<i>Vsq; esse</i>	334
<i>Vna facere</i>	172	<i>Vsuuenire</i>	357
<i>Vnus</i>	255	<i>Vt</i>	350 ♂ deinceps
<i>Vnus aliquis</i>	ibidem	<i>Vterq;</i>	293
<i>Vnus ♂ alter</i>	46	<i>Vt ne</i>	360
<i>Vno tempore</i>	345	<i>Vtifrui</i>	373
<i>Voluptati esse</i>	133	<i>Vtroqueuerfum</i>	372
<i>Vſſiam</i>	373		

## F I N I S.